ad ep̄m mitteret̄. Cum autem ep̄s abeſſet. ſa
cerdos ad eum venit. ⁊ eū cū ſe credere dice-
ret baptizauit. Hic q̄₃diu vixit hoc verbum
ſemp in ore habuit. Chriſte accipe ſpiritum
meū. cū tamē vltima verba ſtephani neſcir₃
Jdē refert in eodē libro. Quedam matrona
noie patronia cū diu infirmitate grauiſſima
torqueret̄. ⁊ multa habēs remedia nullū ſen
tiret liberationis remediū. tādē conſuluit iu
deū qui ei annulū cū quodam lapide tribuit
vt ip̄o annulo cū corda cingeret̄. vt ex virtu
te lapidis bn̄ficium reciperet ſanitatis. Sed
cū hoc nihil ſibi valere cōſpiceret ad eccľiam
ſancti ſtephani martiris ꝓperauit ⁊ pro ſua

ſanitate inſtantiꝰ orauit. Tūc ſubito irreſolu
ta corda ⁊ illeſa oīno remanēte. cingulꝰ i ter/
rā proſilijt ⁊ ꝯtinue ſanitatē ꝑfectam ſenſit
Tātis pluribꝰq; miraculis excelſū fecit dn̄s
beatū ſtephanū quē miſit vt colligeret tribu
ta bonoꝝ opeꝝ a iudeis. vel veriꝰ vt eos col
ligeret in honorē eterne felicitatis. ſȝ illi ipm̄
lapidabāt. ¶ Quantū ad ſcdm̄ ponit̄ ani
moꝝ duricia lachrymoſa cū addit̄. quotienſ
volui cōgregare te. ⁊c̄. Circa qd̄ notandū ꝙ
ſi alicui ciuitati immineret aliqd̄ periculum
⁊ hoc ſciret aliquis vir expertus. vellet eam
tueri. ⁊ ab illo ꝑiculo liberare. Illi aūt i ciui
tate eēnt tam duri animi. ꝙ nollēt huic viro
obedire nec ꝯſentire. ſȝ potiꝰ i miſeria depi
re. hoc vtiq; eēt lachrymoſū. Talis ciuitas
hieruſalē cui grauiſſimū ꝑiculū imminebat.
q: erat funditꝰ deſtruēda. ſm̄ illud. Mich.
iij. Syon q̄ſi ager arabit̄ ⁊ hierl̄m i aceruum
lapidū erit quā ꝓphetiā ipſi ſcribe bn̄ ſciue
runt ⁊ legerūt damnū eē venturꝫ. Sȝ erāt tā
duri cordis ꝙ minime ꝑpenderūt. q: eorum
cor induratum erat q̄ſi lapis Job. xlj. ꝙ nec
xp̄s viroꝝ expertiſſimꝰ ip̄os potuit emollire ne
q; in veritatē fidei ꝯgregare. iō ꝯquerit̄ hic
lachrymoſe dicēs. Quotiēs volui congrega
re filios tuos. ⁊c̄. In quo notat̄ eiꝰ imēſa pie
tas. q̄uis ab eis eēt multotiēs ꝑſecutꝰ tn̄ im
memor illiꝰ cū eis adhuc miſericordit̄ egit ſic̄
gallina cū pullis ſuis volēs eos in vnitatem
charitatis ꝯgregare. ſm̄ qd̄ predixerat. ps̄.
cxlvj. Diſp̄ſos iſrl̄ ꝯgregabit. Sȝ ipi nolue
runt ⁊ ſibi frequēter reſtiterūt. Et illd̄ obie/
cit beatus ſtephanꝰ Act̄. vij. Dura ceruice ⁊
incircūciſis cordibꝰ vos ſꝑ ſp̄ūſancto reſtiti
ſtis ſic̄ ⁊ p̄res veſtri Ita ⁊ vobis cōtinget ſic̄
⁊ eis. ⁊ ſicut pullis galline qui vocē m̄ris ꝑ
uipendūt vt referūt naturales. Ex gallina eſt
auis valde pia. ⁊ pullos ſuos ſub alis fouet.
⁊ cōtra miluū tenet. quē ſi viderit i aere volā
tē vel audierit clamātē clamat. ⁊ pullos diſ
perſos cōgregat. ne a miluo lacerent̄. Qui ſi
vocē matris audierint. ⁊ ad eā volauerit. ſb
alis ſuſcipit ⁊ defendit. Si aūt venire cōtem
ꝑſerint a miluo rapient̄. Sic xp̄s magnā pie
tatē p̄ncipaliter ad iudeos habuit. q: propt̄
ip̄os aduenerat. Mat. xv. Nō ſum miſſus
niſi ad oues q̄ perierāt domꝰ iſrl̄. Fouit eos
ſub alis ſue protectiōis defendēs ab inimicl.
pauci tn̄ vocē eiꝰ audierūt p̄ter dauid q̄ ait.
Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me. Ideo da
ti fuerūt in ꝑtātē duoꝝ miluoꝝ. Tyti ⁊ Ve
ſpaſiani qui eos nimis crudelit̄ lacerabāt in
xlij. anno poſt receſſum dn̄i. Et nūc dati ſūt
in ꝑtātem miluorū infernaliū. qui de die in
dié illos capiunt ad inferna. ⁊ h̄ q̄tū ad ſcdꝫ
Quantū ad tertiū ſubdit̄ tormētoꝝ miſeria
doloroſa cū annectit̄. Ecce relinq̄t̄ vobis do
mus veſtra deſerta. Sed ſapiens pat̄ nō ſꝑ
punit pueros cū viderit eos in aliq̄ excedere
vel nolle obedire. Sȝ interdū expectat ⁊ diſ
ſimulat an vellent ſeip̄os emēdare. Si autē
nō viderit meliorationē. tūc ꝯgruū venit tē
pus corrigendi. ſic̄ dn̄s vt ait. Chryſ̄. ſuper
Mat. Ciuitatē hierl̄m vel gētē nō ſtati pu
niuit cū peccauit. q: fuerūt pueri ſm̄ genera
tionē licet nō ſm̄ imitationē. ſȝ expectauit ꝑ
multos annos ⁊ generatiōes. Qn̄ aūt ei pla
cuit ꝑdere gētē illā aut ciuitatē. tūc videbat̄
omni generationi p̄cedentiū pctā reddere il
lis. ⁊ q̄ oēs merebant̄ hec ſola. Hec Chryſ̄.
iō dicit. Ecce relinq̄tur vobis domꝰ. ⁊c̄. per
xlij. annos domꝰ vr̄a deſerta fiet. Tādiu eni
diſtulit correctionē. ⁊ hic per domū p̄ncipali
ter intelligit tēplū. de quo Mat. xxj. Domꝰ
mea domꝰ or̄onis ē. Et licet illa domus ſit vt
qn̄ in ea ſibi ſeruus efficit̄ ꝑ vſū nō ſua qn̄ in
ea nō cultꝰ diuinus ſȝ queſtꝰ ⁊ ambitio exer
cet̄. ⁊ ſic templū dicebat̄ domus eoꝝ. q: fece
runt eū domū negociationis. Joh. ij. Cōſilr̄
dixit dn̄s ad Moyſen Exo. xxiij. Deſcende
peccauit populus tuꝰ quāuis ſuꝰ eēt ꝑ crea/
tionē nō tn̄ ꝑ grām. Hinc ē ꝙ in finali iudi
cio diabolus ſibi iudicari petiet oēs peccato
res di. vt ait Augꝰ. Equiſſime iudex iudico
hūc meū eē per culpā qui tuꝰ noluit eē ꝑ gra
tiā. Tunc ꝯcludit di. Amē dico vobis nō vi
debitis me ammodo. ⁊c̄. q. d. ſm̄ Hiero. niſi
pniam egerit] ⁊ cōfeſſi fuerit] me eſſe ipſuꝫ d̄
quo ꝓphete p̄dixerūt filiū oīpotentis patr]
faciē meā nō videbit] in eternū. Ecce grauis
punitio cū nō in rebus corporalibꝰ ſed etiam
in aīabus puniunt̄. a qua nos deus. ⁊c̄.

Sermo ſecūdus de beato Stephano

Eſto fidelis vſq; ad mortē. ⁊ dabo tibi coronam glīe.

Apoc̄. ij. Pli. in ſpe. natu. li. viij. c. xvij. dic̄.
¶ Leo ē aīal fortiſſimū. Iō i ꝑiculis appa
ret maxime glīoſus. Cū enim ꝑſequit̄ a cani
bus nō latitat ſe in ſiluis. nec ſe occultat. Sȝ
ſedet in campis vbi videri pōt ⁊ ad defenſio
nem ſe p̄parat. Et rō huius audacie ē. Quia
vt dicit autor de cauſis. xvij. propoſitiōe. ꝙ
virtus vnita ē fortior ſeip̄a diſperſa. Sed q:
leo habet paruū cor vbi calor naturalis pluſ
vnitur. iō ē audacior. Miſtice per leonē be
atus Stephanus nō immerito deſignat̄ Re
cte eni ſicut leo eſt animal robuſtiſſimū. ⁊ ad
nullius hominis vel animalis timet occurſū

ſicut teſtat̃ Sapiẽs Prou̇.xxx. Leo fortiſſi-
mus ad nullius pauet occurſũ. Ita beat⁹ ſte
phanus qui fuit plen⁹ calore charitatꝭ.ſ.ple-
nus grã ⁊ fortitudine Act̃.vj. Non timebat
occurſum iudeoꝝ ꝯtra eũ frementiũ.ſed i ad
uerſitate ſua maxime fuit gł'ioſus.qꝛ ſtetit in
medio eoꝝ quaſi inter lupos eos dure arguẽ
do dicẽs.Dura ceruice ⁊ in circũciſis cordi-
bus vos ſemꝑ ſpiritui ſancto reſtititis.Act̃.
vij.Fuit etiã beat⁹ ſtephan⁹ in aggrediendo
ardua fortis.in patiendo aduerſa fortior for
tiſſimus in finali pſeuerãtia. Sic eni de ipſo
legit̃ ꝙ in iuſſione ⁊ monitu angeli veniens i
aziam.ciliã.⁊ alexandriam viriliter opus p̃-
dicationis agreſſus eſt ⁊ poſtea electus ẽ ab
apl'is in iſrl' imperterrite p̃dicauit. vt habet̃
Act̃.vj.Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatũ.qꝛ
neſciunt q̃d faciunt. q̃ſi diceret. reſeruando
eis ad penã eternã.Sed da eis penitẽtiã.Et
hoc quantũ ad ſecũdũ.Et in his omnibus ꝑ
ſecutionibus quo ad mortẽ preſeuerauit Et
hoc quo ad tertium. Et ideo ſignatus eſt in
iuda machabeo qui pro lege patꝝ ſuoruʒ cer
tauit vſqꝫ ad mortẽ.De quo legit̃.j.Mach
iij.Factus ẽ ſicut leo i operibus ſuis. ⁊ ſicut
catulus leonis rugiens in venationibus ſuiſ
Sic beatus ſtephanus certauit vſqꝫ ad mor
tem predicando ꝯtra aliquos malos iudeos
⁊ mortẽ propter veritatẽ ſuſtinẽdo. ita vt i-
pleuit iuſſũ dominicũ.Eſto fidelis.i.firmus
⁊c̃.In quibus verbis duo deſcribunt̃.Pri
mo dñica exhortatio ad certamẽ.ibi Eſto fi-
delis.Secundo celica coronatio ad ſolamen
ibi.Dabo tibi coronã. De primo ẽ no-
tandũ.ſeculares reges ſolent milites ſuos ex
hortari ad pugnã cõtra inimicos ſuos. ⁊ vt
eo fortius animent̃ ꝓmittũt eis donaria ma
gna.Et ſi poſt promiſſum viderint aliquem
eſſe animoſum admittũt ipm ad videndũ ſe-
creta regia.a quibus interdũ alij excludunt̃
Introducũt ipm ante alios ad regia palacia
⁊ ipm inſtituũt ſuꝑ pinguiora officia.De ex
hortatiõe ⁊ promiſſiõe pmi legit̃.j.Mach.
ij.Mathatias qui erat p̀nceps filiorũ iſrael
ait illis ad pugnã exhortãdo ⁊ dona ꝓmittẽ
do.Nũc ergo o filij emulatores legis eſtote.
⁊ date aias veſtras pro teſtamẽto patrum.⁊
accipietis gł'iam magnã ⁊ nomẽ eternũ.Idẽ
legit̃ in hiſtoria regis Alexandri.ꝙ Dariuſ
rex perſaꝝ cum Alexandro pugnaturus eẽt
ꝯuocauit milites ſuos ⁊ dixit.Eſtote animo
ſi.⁊ quis occiderit Alexandrũ dabo ſibi fili-
am meã in cõiugẽ.⁊ regiones ⁊ prouincias.
Hoc audientes milites cũ Alexandro acrit̃
pugnauerũt.Unus aũt ex eis animo acri ſe
induit veſte ⁊ arma macedonia.⁊ abijt occi-
dere Alexandrũ.Iunctiſqꝫ militib⁹ Alexan
dri tam fortiter percuſſit caput eius poſter-
gum euaginato gladio vt galeam eius tranſ
uerberaret.⁊ grauiter caput ei⁹ vulnerauit.
Statimqꝫ apprehenderunt ipſũ milites Ale
xandri.⁊ duxerũt ante eũ.⁊ Alexander.O
ſtrenue vir q̃d eſt hoc qd̃ agis. Et ille. Non
ſcis me eẽ macedonẽ ſʒ perſũ. Promiſi enim
Dario auferre caput tuũ.⁊ ille ſpopõdit mi-
hi dare filiã ſuam in cõiugẽ ⁊ regales digni-
tates.Tunc Alexander oſtẽdit eũ militibus
ſuis dicens. Uiri macedones viꝝ inſpicite.
cõuenit eni oĩbus militib⁹ talis fortitudo. et
cõtinuo illũ abire ꝑmiſit.Miſtice rex xp̃us
qui ẽ rex fortis ⁊ potens in p̃lio.ſm pſ̃.xxiij
Exhortatus ẽ milites ſuos ſanctos martireſ
vt fortes ſint in prelio cõtra mũdanos tyran
nos ⁊ demones.⁊ promiſit eis magnas do-
nationes cũ dicit.Eſtote fortes in bello ⁊ pu
gnate cũ antiquo ſerpente.⁊ accipietꝭ regnũ
eternũ.ſic canit eccl'ia.Idẽ preconiſare p̃ce-
pit beat⁹ Iacob⁹ in cano.ſ.c.j. dicẽs.Beat⁹
vir qui ſuffert tẽptationẽ.qꝛ cũ probatus fu-
erit accipiet coronã vite quã repromiſit de⁹.
⁊c̃. Qd̃ audiẽs beatus miles ſtephan⁹
miles ſtrenuus animoſior i bello ẽ fact⁹. Ei⁹
animoſitas patet in multis. Primo qꝛ p̃mus
regẽ ſuũ chriſtũ per ꝑicula tranſeuntẽ eſt ſe-
cutus.Teſte Augſti.in ſermone hodierno.
Mortẽ inquam ſaluator pro oĩbus dignat⁹
eſt pati. hanc ſtephanus prim⁹ reddidit ſal-
uatori.Ad experientiã ſcimus ꝙ ille miles ẽ
animoſus qui ſequit̃ dominum ſuum in ma-
gnis aduerſitatibus belloꝝ. Illo mõ noſcit̃
armiger Ionate filij Saul fuiſſe animoſus.d
quo legitur.j.Regum.xiiij.Cum philyſtim
venerẽt ad populũ quẽ ſupra Saul mõtẽ quẽ
dam occupauerat.dixit Ionathas ad armi-
gerum ſuũ adoleſcentẽ.Ueni aſcẽdamus ad
ſtationem incircũciſoꝝ horum.ſi forte domi
nus faciet pro nobis quia nõ eſt dño difficile
ſaluare in multitudine vł' i paucꝭ.Dixit ei ar
miger ſuus.Fac oĩa que placẽt aĩo tuo. ꝑge
quo cupis ego ero tecum quocũqꝫ volueris.
Aſcendit ergo Ionathas repẽs manibus et
pedibus ⁊ armiger eius poſt eum.ita alij ce-
debant ante Ionathan.alius armiger ei⁹ oc
cidebat ſequentes.Spiritualiter Ionathas
interpretatur columba.⁊ ſignificat chriſtum
De quo dicitur Geñ.viij. Columba veit ad
archam ferens ramum oliue virentibus fo-
lijs.Ipſe enim tanq̃ʒ mitis colũba ⁊ ſimplex
huc venit in archam huius mundi portãs ra
mum humanitatis virentia folia incarnatio

nis. quia recōciliauit genus humanū. Quia
ſm Anſ. Nemo tantam plagam ⁊ offenſam
placare potuit niſi xp̄s qui inquātum hō de
ſeruit. ⁊ inquantū deus potuit. q꞉ offenſa fu=
it infinita. Sed per armigerū beat⁹ ſtephan⁹
deſignat̄ quē dn̄s armauit armis ſpūalibus
ita de ipo cantari pōt illud. Induit eū dn̄s
lorica fidei ⁊ armauit eū. De his armis dicit
beat⁹ Fulgenti⁹ in ſermone hodierno. Qđ ē
tam magnū ⁊ inſupabile genus armoꝝ quo
munit⁹ ſtephan⁹ mētes argueret lapidantes
nō repcutiens ſuparet. ⁊ occiſus inſup aulā
celeſtis regni viuus ⁊ coronatus felicit̄ leta=
tuſq; intraret. ⁊ rn̄dit. Proculdubio muni=
mine regie nullatenus ē ab aduerſarijs ſupa
tus. quoniā rex noſter cū ſit altiſſimus ꝓ no=
bis humilis venit. Sed abſq; munere veni=
re nō potuit. magnū donatiuū ſuis militibuſ
attulit. ꝙ eos nō ſolū copioſe ditauit. ſꝫ etiā
ad certamē inuictiſſime confortauit. Attulit
nanq; donū charitatis q̄ pduceret hoīes ad
conſortiū deitatis. hec ille. Huic inuictiſſimo
armigero btō ſtephano charitate armato di
xit xp̄s verus Jonathas. Ueni poſt me per
paſſionē. aſcendamus in montē dei. de q̄ pſ.
lxvij. Mons pinguis. ſ. effluentijs gaudio/
rū. Cui ſtephanus. Perge iquit dn̄e q̄ cupis
ero tecum. Et hoc fecerūt arma charitatis.
Et ideo dicit Fulgenti⁹ vbi ſupra. Charitaſ
que de celo depoſuit xp̄um. ipſa ſublimauit
ſtephanū de terris in celum. charitas que p̄=
ceſſit in rege ipa cōſequenter fulſit in milite.
Secūdo animoſitas beati ſtephani talis ap
paret ex hoc ꝙ primus caſtrū celi p violētiā
martirij obtinuit. Quādo eni rex terreſtris
per alienā ꝓcederet regionē regnū ſibi acq̄/
rendū. ⁊ ſi per quattuor lucrandū eēt caſtrū
forte. ſi tunc inueniret̄ aliquis miles qui pri=
mo aſcenderet. ⁊ alijs exemplū ſequendi da
ret. ille vtiq; ab oīb⁹ diceret̄ animoſus Mo
raliter xp̄s rex celoꝝ heri venit in mūdi hui⁹
regionē accipe ſibi regnū per paſſionē. ſm il
lud Luc. xxiiij. Nonne oportuit pati xp̄m. ⁊
ſic intrare in gloriā ſuā. In huius exercitu i=
uentus eſt miles animoſus beat⁹ ſtephanuſ
qui primo hoc caſtrū altiſſimū celi aſcēdit ho
die pre oībus alijs qđ ē ſibi multū glorioſuꝫ
Non eni ē multū laudabile aliqđ forte caſtꝝ
poſt alios intrare. Sed qui primus ingredi=
tur multū laudes meret̄. ſicut beatus ſtepha
nus. Ideo dicit beat⁹ Fulgenti⁹ in ſermone
hodierno. Heri rex noſter trabea carnea in=
dutus de aula virginalis vteri egrediēs vi=
ſitare dignatus ē mundū. hodie miles de ta=
bernaculo corporis exiens triumphat ⁊ mi=
grat ad celū. Ille ſempiterna maieſtate dei=
tatis ſeruata. ſeruile cinctorium carnis aſſu=
mens huius ſeculi campū pugnaturus intra
uit. Ille depoſitis corruptibilib⁹ corporꝭ in=
dumētis celi palaciū ꝑhenniter regnaturus
aſcendit. Iſte deſcēdit carne velat⁹. Iſte aſ=
cendit ſanguine laureat⁹. Aſcendit iſte lapi=
dantibus iudeis. q꞉ ille deſcēdit letantib⁹ an
gelis. Gloria in excelſis heri angeli cātauer̄t
hodie cātantes ſtephanū in ſui cōſortiū rece=
perūt. heri exiuit dn̄s ex vtero virginis. ho=
die miles egreſſus ē de ergaſtulo carnis. He
ri xp̄s ꝓ nobis ē pannis inuolutus. Hodie
ſtephanus ab eo ſtola imortalitatis ē indut⁹
Heri preſepis anguſtia xp̄m portauit infan=
tem. hodie imenſitas celi ſtephanuꝫ ſuſcepit
triumphantē. hec Fulgenti⁹. ¶ Hic dicit
Guil̄. in rationali diuinoꝝ li. vij. ꝙ beat⁹ ſte
phanus hac die paſſus nō ē. ſed ea die q̄ eius
inuentio celebrat̄. vt in auguſto. Sed feſta p
eccl'iam tranſlata ſunt duplici rōne. Primo
q꞉ ſtephanus prothomartir ⁊ cū martirium
ſanctoꝝ ſit natale eoꝝ in celis. iō merito ſtati
poſt natale dn̄i. natale ſtephani celebratur.
Secūdo ꝓpter dignitatē. q꞉ digni⁹ ē feſtum
qđ fit de morte q̄ꝫ aliud. iō cōpetent̄ tanq; di
gnius ſtatim poſt natale dn̄i ſtatim ē tranſac
tū. Tertio animoſitas lucet ex h̄ ꝙ adūſariū
fortit̄ ferire nouit dicēs Dura ceruice ⁊ i cir
cūciſis cordi. ⁊c̄. Sup quo dicit venerabilis
Beda. Ueri martiris mira virtus q̄ ſic zelo
feruebat vt eis a quib⁹ tenebat̄ palam ſue p
fidie culpas exprobraret. Quarto ei⁹ animo
ſitas illuxit ex iſto ꝙ timore mortis equi ſui
ſcꝫ corporis ď bello nō fugit ſicut milites no=
ſtri qui vidētes aduerſarios timent offendi
equos ⁊ fugiunt. Sed beat⁹ ſtephan⁹ equuꝫ
ſuū in campū martiꝝ derelinquēs ⁊ ab hoſti
bus vinci nō potuit. ſed liber euaſit. Nam ſi
mortē equi timuiſſet. ⁊ equū amiſiſſet captuſ
ipe fuiſſet. ſm illud. Math. xvj. Qui volue
rit aīam ſuā ſaluā facere pdet eā. ¶ Et q꞉
beatus miles ſtephanus fuit in bello martir
tā animoſus. Idcirco xp̄s rex celoꝝ admiſit
ipm videndū ſua ſecreta regalia Quia Act.
vij. legitur. ꝙ ipe intendēs in celum videns
gloriam dei. Ideo dixit. Uideo celos aptoſ
⁊ filium hoīs ſtantem a dextris virtutis dei
In hoc eni excellit beatus ſtephanus patreſ
veteris teſtamēti. Jacob eni pr̄iarcha dixit.
Gen̄. xxxij. Uidi dominū facie ad faciē ⁊ ſal
ua facta ē aīa mea. Dicit Gloſa Lyre ꝙ ſolū
vidit angelū in ſpecie corporali. De Moiſe
legitur Exo. iij. ꝙ paſcebat oues Jetro ſoce
ri ſui. Cumq; minaſſet gregeꝫ ad interiora de

ſerti venit ad montem dei Oreb. Apparuit
ei dñs in flamma ignis. qđ iterꝫ exponit glo.
de angelo q̄ apparens loq̄bat̃ in pſona dei.
Et nō dñs interdū angelus noiatur. vt dicit
Greg⁹ ſup illud Jſa. vj. Uidi dñm ſedētem
ſup ſoliū excelſū. Q2 d2 Exo. xxxiij. Non vi
debit me hō ⁊ viuit dicit dñs. Sed beat⁹ ſte
phanus ꝓpter ſuā fortē pugnā excedit i hoc
etiā ſcōs patres noui teſta. Naz. b. Paulus
fatet̃ ſe raptū in tertium celum. ⁊ ibi audiuiſ
ſe archana dei. Sed an hoc fuit in corpe ſiue
extra corpus neſcit. nec ſe dicit vidiſſe gloriā
dei. ij. Coꝝ. xij. Sed beatus ſtephan⁹ adhuc
in mortali corpe dicit ſe vidiſſe gl'iaꝫ dei. Sā
cti etiā apl'i ⁊ ꝑncipes mūdi Petr⁹ Jacob⁹ ⁊
Johēs in monte tabor viderūt ptē claritatis
dei ꝙ facies ei⁹ reſplēduit ſicꝫ ſol. ⁊ veſtimen
ta ei⁹ ſicꝫ nix alba. Mat. xvij. ſꝫ beat⁹ ſtepha
nus vidit gl'iam dei. Nā illi viderūt chriſtuꝫ
tranſfiguratū cū adhuc fuit mortaliſ. ille aūt
vidit ipm glorificatū ⁊ regnātē iā i celis. In-
troduxit etiā xp̄s beatū ſtephanū añ omnes
martires. cōfeſſores. ⁊ virgines. ad ſua rega
lia pallacia ꝯſumpto certamie martirij. ſm il
lud Geñ. xlij. Ruben ꝓmogenit⁹ me⁹ ꝓncipi
um doloris mei prior in donis. maior i ipio.
Ruben interp̄tat̃ vidēs filiū. ſignificans ſte
phanū q̄ vidit filiū dei ad dextrā ipi⁹. ſcꝫ dei
p̄ris. q̄ ⁊ ꝓmogenit⁹ fuit in celeſti hereditate
Jta p̄t dicere illđ Cañ. j. Introduxit me rex
ad cellaria ſua. Jbi nūc bibit vinū dulce dei
tat' cū aliis ſanct'. ſm illđ Cañ. v. Bibite ⁊ i-
ebriamini chariſſimi. ⁊ h̄ q̄ ad ꝓmū. Quātuꝫ
ad ſecūdū in verbis ꝓmiſſis adiungit̃ ad ſo-
lamē celica coronatio. q2 dicit. Et dabo tibi
coronā vite. vbi dicit Seneca in li. đ morib⁹
Spes premij ſolaciū ē laboris. qñ aliq̄s ſpe-
rat premiū cōſequi ex labore ſuſtinet illuꝫ. et
videt̃ ei paucus. Qđ figuratū ē. Geñ. xxix.
vbi legit̃. Jacob ſeruiuit laban ꝓ filia ſua ra
chel in magnis laborib⁹ ſeptē annis. Sed q2
habebat ſpem de ꝓmio videbant̃ ſibi dies il
li pauci. Et dicit Hiero. Ex hic dies accipiūt̃
ꝓ labore dieꝝ. Sic ad ꝓpoſitū dñs vidēs ꝙ
magnus eēt labor intollerantia paſſionis. ne
igit̃ ſancti deficerēt. ꝓmiſit ei ꝓmiū poſt la-
borē dicēs. Dabo tibi coronā. ¶ Circa qđ
breuiter ē notādū xp̄s btō ſtephano nō ſolū
vnā coronā ꝓmiſit. ſed triplicē. Primo coro
nauit eū corona florea que debet̃ virginibus
ꝓpter nitorē puritat'. Et q2 beat⁹ ſtephanuſ
v̉go pur⁹ ꝑmāſit cū nō oppoſitū hui⁹ inueni
tur. ḡ ē corona v̉ginū coronat⁹ q̄ d2 aureola.
⁊ illa vt aiunt doctores ſolū det̃ illis v̉gini-
bus q̄ ꝓpoſitū v̉ginitatis ꝑpetue habuerūt

licet tale ꝓpoſitū ſit qñq3 volūtati interēptū
q2 v̉ginitas mētis nō aūt corpis vel carnis
pōt repari. Hec corona hꝫ in ſe veꝝ floreꝫ q̄
mediante diabolo repugnat̃. Legit̃ enim in
poetis de ꝑuone. Hec quadā die paſtorē vi-
dit coronatū corona floꝝ ⁊ herbaꝝ. ⁊ cū baſi
liſco dimicare. nec ipm flatū nec ſibulo dra/
conis poſſe deperire. Cogitauit ꝙ h̄ eēt per
virtutē alicui⁹ floris in corona. Jđ coronam
cū lancea longa de capite paſtoris ſubtraxit
⁊ ſtatim paſtor mortu⁹ cecidit. Cū ergo baſi
liſcus receſſiſſet. ſtatim flores mortuo ori ap
poſuit. Et ſic in corona florē inuenit. virtute
cui⁹ mortu⁹ ſurrexit. Jſta ē corona virginuꝫ
Sꝫ flos iſte ē xp̄s q̄ dicit Ego flos cāpi Cañ.
ij. Cuius virtute v̉ginitas cōſeruat̃. Q2 di-
citur Sap̄. viij. Nō poſſum eē ꝯtinēs niſi de
us dederit mihi. Uel iſte flos ē caſtitas quaꝫ
xp̄s dat. cuius caſtitat' virtute diabolo reſi-
ſtitur. ⁊ ab obſeſſis expellitur. teſte. Dama-
ſceno in libro cōtra errores grecoꝝ. Comp/
tū eſt ꝙ demones qui vna virtute eijciuntur
excelſa virginitate p̄ſente nimiuꝫ ſe cruciari
clamātes protinus exierūt. Refert eni ianu-
enſis. Cōtigit Eudoſiā filiā Theodoſij ipa/
toris a demone grauiter cruciari. qđ cum pa
tri cōſtantinopolitano cōſtituto intimatum
fuiſſet. iuſſit filiā cōſtantinopolim adduci vt
ſancti prothomartiris ſtephani corpus tāge
ret. Demon aūt in ea clamabat. Niſi ſtepha-
nus in romā veniet nō exibo. qm̄ ſic ē volun
tas apl'oꝝ. Qđ cū iꝑator audiſſet. ⁊ a ꝑpl'o
conſtantinopolitano obtinuiſſet. vt corpus
ſancti ſtephani darent. ⁊ ipi corp⁹ ſancti lau-
rentij accipent. Cū aūt corpus ſancti ſtepha
ni romā eēt delatū ad eius tactū puella ſtatiꝫ
ē liberata. Scđo chriſtus coronauit beatum
ſtephanū corona ſtellea que debet̃ doctori-
bus propter ſplēdorē veritatis. Nā ⁊ ipē fu-
it p̄dicator veritatis p̄dicās in azia. cilicia. ⁊
alexandria. De hac corona legit̃ Apoc. xij.
Jn capite eius corona ſtellaꝝ duodecim. Et
has ſtellas enumerat Berñ. di. ¶ Jn co-
rona ſūt duodeci ſtelle. Prima ē mēoria ſine
obliuiōe. Scđa rō ſine errore. Tertia volun
tas ſine perturbatōe. Quarta impaſſibilitas
ſine corruptione. Quinta claritas ſine obſcu
ritate. Sexta agilitas ſine tarditate. Septia
ſbtilitas. vt oē ſolidū ſit penetrabile. Octa-
ua proximū diligere in oi veritate ſicꝫ ſeipſū.
Nona videre ꝓximū in oi pulcritudine dili
gentē ſicꝫ ſeipſum diligit. Decima eſt deū ꝑfe
cte diligere pluſq̄ ſeipſum. Undecima ē dili
gere tm̄ ꝓpt̃ deū. Duodecima ē vidē domi-
nū diligenteꝫ ſe facie ad faciem. Hec Berñ.

Tertio coronauit eū corona aurea q̄ debet
martiribus propt̄ valorē firmitatꝭ. Sic eniꝫ
auꝝ in igne nō minuit̄ ſꝫ purgat̄. ſic ⁊ marty
res in tormētis purgant̄. qꝛ igit̄ beatus ſte-
phanus fuit pͥnceps in noua lege. iō martirij
corona ē coronatus. ſm̄ illud qd̄ canit̄ Coro
nam aureā ſuper caput eius expreſſam ſigno
ſanctitatis.

¶ Sermo pͥmus de ſancto Johē euāgeliſta.

DIxit dominus
Petro ſeq̄re me. Joh. vlt̄. A
Dicūt naturales ꝙ oē aīal pulluꝫ
quē p̄ alijs diligit magis a nociuis cuſtodit.
Et hoc ꝓbat Pli. in ſpe. na. li. viij. c. xlix. de
cane cuius catuli ſi de cubili deportant̄ hūc
quē plus amat pͥmo fert in cubili ne ledatur.
Idē refert Iſi. li. xij. de ſimea que duos ha-
bet filios. ⁊ qñ pſequit̄ a canibꝰ charioreꝫ in
brachio capit ⁊ fugit. Iō refert Rabbi ſalo-
mō d̄ aquila q̄ pullos ſuos plus amat q̄ radi-
os ſolis acutius intuet̄. ⁊ qñ timet eos ledi ī
dorſo ſuo portat eos de loco ad locū vt eua-
dāt ſagitte leſionē. Miſtice xp̄s magis dile
xit beatū Johēm euāgeliſtā q̄ p̄ceteris more
aquile ſolē diuinitatis hic inſpexit. ⁊ oculoꝝ
mentaliū claritate lumē angelice veritatꝭ ap
prehendit. ſic etiā ꝙ pauciſſimos de filijs ſu-
is habuit qui propter profūditatē miſterioꝝ
ſuoꝝ que in euāgelio ſuo ⁊ Apoc̄. continent̄
tantam claritatem valeant intueri. Sic pro-
bat Augꝰ ſup Johannē Iō xp̄s ipm̄ p̄ cete-
ris apoſtolis a multis nociuis p̄ſeruauit. nā
a nuptijs in quibꝰ ſunt multe penalitates ip-
ſum vocauit vt virgo permaneret. teſte Hie
rony. in prologo ſup Johannē. Venit inq̄
xp̄s ad nuptias Johis vt eū de nuptijs vo-
caret. ⁊ in virginitate perpetua ꝑmaneret.
Etiā a pena mortis ꝑ paſſionē gladij tāquā
filiū chariſſimū cuſtodiuit dicēs ad Petruꝫ
Sic eum volo manere ſcꝫ illeſuꝫ donec veni
am ⁊ ipm̄ ad me ſumā. Sicut d̄ h̄ tradit pn̄s
euangelium. In q̄ pͥncipalit̄ tria deſcribunt̄
Primo xp̄i ſequela d̄ mādato. ibi. Dixit do
minꝰ Pe. Scd̄o Petri de Johe interrogatō
ibi. H aūt qd. Tertio apl̄oꝝ corrigibil̄ opina/
tio. ibi. Exijt ſermo. ¶ De pͥmo ē notādū
ſolent ad negocia dn̄i ſeculares magꝭ ardua
vbi mortes incūbunt ſumere milites fortio-
res ⁊ penas ferre potentes. Quia dicit Con
ſtantinus in li. de natura febriū Cōſtat ꝙ ro
buſta ⁊ fortiora corpora fortiores patiuntur
labores ⁊ languores quos nō pn̄t ferre deli-
cati. Ideo tales ad ardua negocia non ꝑmit
tunt̄. Iō legit̄ Judi. vij. de Gedeone volēs

contra inimicos pugnare. iuſſu dn̄i duxit ad
aquas populū vt probaret qui eēnt ad p̄liuꝫ
aptiores ⁊ q̄ biberūt aquā ſe ad terrā ſternē-
do vel reclinando apti nō erāt ad pugnādū.
Sed qui ſtando aquā in ora proiecerūt. Hi
eſſent conuenientes vt ipm̄ ad bellum ſeque
rent̄. Spūaliter xp̄s ē dn̄s nō ſolū celi. ſed ⁊
terre dicente. ps̄. xxiij. Dn̄i ē terra ⁊ plenitu
do eius. Hic dn̄s habet ſe oīno cū militibus
ſuis Petro ⁊ Johanne. ſic̄ dn̄i terreſtres cū
ſuis ſe habent militibꝰ. qꝛ Johannē quē ſci-
uit magis delicatū ⁊ ſpecioſiſſimū iuuenem
qui ⁊ aquā ſapientie non ſtando ſed iacendo
hauſit de largifluo fonte pectoris xp̄i ī cena.
ſm̄ illud Amb. ſup Beati imaculati. Johā
nes dū caput ſup pectus dn̄i ieſu declinauit
profunda ſecreta diuine ſapiētie hauriebat.
noluit eum ſumere ad illud ſenuū acerbe
paſſiōis negociū. ad qd̄ tn̄ alios. xj. apl̄os al
ſumpſit. Qd̄ figuratū ē. Geñ. xlij. Ubi legit̄
ꝙ audiens Jacob patriarcha ꝙ alimenta vē
derent̄ in egypto. dixit filijs. quare negligitꝭ
audiui ꝙ triticū venūdet̄ in egypto deſcēdi
te ⁊ emite nccīa nobis. Igit̄ deſcēdentes no
luit pater vt benyamin filius minor cum eis
iret. ſed retinuit ipſū apud ſe ne forte in itine
re aliq̄d mali pateret̄. Alij aūt fratres ml̄tas
tribulationes in egypto ꝑtulerūt. nūc verba
iniurioſa quaſi eēnt exploratores. nūc incar-
ceratiōes ⁊ alia obpropria. Et q̄uis benia-
min poſtea ꝑtulit iīuriā. nihil tn̄ reſpectu ali
orū legit̄ ꝑtuliſſe. Spūalit̄ ꝑ Jacob q̄ inter-
p̄tat̄ ſupplātator xp̄s deſignat̄. qꝛ oīa vicia
ita ſupplātauit ꝙ nullū pctm̄ fec̄ nec inuentꝰ
eſt dolus in ore eius. j. Pet̄. ij. Per triticum
qd̄ ē meliꝰ ⁊ pinguiꝰ inter frumēta pn̄t aīe in
telligi q̄ ſunt nobiliores reſpectu corporum.
Igit̄ audiēs Jacob. i. xp̄s ꝙ tales cibi (de q̄
bus dicit̄ Joh. iiij. Ego cibum habeo mādu
care quē vos neſcitis) venundāt̄ ī egypto. h̄
ē in mūdo tenebroſo. qꝛ hoīes peccatꝭ ſuis de
monibus ſe vendebāt. qꝛ al̄s eos poſſidē nō
valebāt. teſte Amb. qui ait. Neminem iugo
ſeruitutis diabolus aſtrictū poſſidet. niſi ſe
ei priꝰ ere pctōꝝ vēdiderit. Et hr̄. xv. q. j. c.
Nō ē. Idcirco miſit filios ſuos apl̄os vt eme
rēt ꝓmittēdo eis p̄mia celeſtia. Illi āt ab eis
multa ſunt ꝑpeſſi. aliq̄ crucē. vt Petrus. alij
gladiū vt Paulus ⁊ Jacobꝰ. Act̄. xij. ita vt
bn̄ de eis p̄t dici illd̄ Heb. xj. alij ludibria ⁊ v̄
bera experti ſūt. ⁊ vin. ⁊ carcerati lapidati ſūt
ſecti ſunt in occiſione gladij mortui ſūt. Sed
Beniamin adoleſcentulus. hoc eſt ſanctus
Johānes. q̄uis cum alijs carceres ſuſtinu/
it. vt patet Actuū. v. Et in oleo feruenti aſſa

tus fuit. illō tñ nō reputaꝛ̄ reſpectu pene ali/
orū apłoꝝ. qꝛ nō vocauit eū dn̄s ad paſſionē
gladij ſicut Paulū. nec ad martiriū crucꝭ ſic̄
Petrū cui dixit. Sequere me. ſ. mortē crucꝭ
ſuſtinēdo. ſic̄ ego. qꝛ vidit eū tolerabiliorem
circa paſſionē ⁊ magis ſtrenuū. qꝛ ⁊ ante paſ
ſionē dixit. Dn̄e paratꝰ ſum tecū in mortē ⁊
carcerē ire. ⁊ hoc quantū ad primū. Ad ſecū
dum aūt notandū qn̄ aliq̄ pſone ſe mutuo
diligunt ſe etiā frequēter inſpiciūt. qꝛ dicit̄ i
cōmuni ꝓuerbio. ibi oculus vbi amor. Et hͦ
ꝓbat auctor troiane hiſto. li. xiiij. de paride
filio priami ⁊ Helena vxore Menelai. Hic
Paris quodā tpe a troya perrexit in grecia.
⁊ venit in inſulā noīe citharea. in qua fuit tē-
plū veneris mire pulchritudinis. ⁊ plenū di
uicijs in qō Paris pulcherrimus cum Hele
na quā intime diligebat cōuenerat. defixitq̄
in eā intuitū ⁊ gaudebat ſuos radios viſua-
les Helena cōmiſcere. Et ex hoc appaꝫ ma
ximus amor inter illos. Sic ad ꝓpoſitū fuit
cū Petro ⁊ Johanne. Auertit igit̄ Petrus
vultū ſuū a xp̄o qui ē candor lucis eterne et
ſpeculū ſine macula. Sap̄. vij. Et in eiꝰ vul/
tū angeli ꝓſpicere delectant̄. j. Pet̄. j. Et cō
uerſus vt dicit euāgeliū vidit illū diſcipulū
quē diligebat ieſus. qō fuit magnū ſignū di-
lectionis beati Petri ad Johannē. quē i ſo-
ciū in vita habuit. Act̄. iij. vbi legit̄. Petrꝰ
⁊ Johānes aſcēderūt in tēplū ad horam. ⁊c̄.
Hunc etiā in morte ſociū habuit. ideo dixit.
Hic aūt q̄d. q. d. Ego ſequar te martyriū ſu
ſtinēdo. ſed hic quō moriat̄ nunquid paſſio-
nē ſuſtinebit mecū. vel ſaltē ip̄m habeo i mi-
niſterio p̄dicationis. ¶ Et dicit notanter
euāgeliſta. vidit illū diſcipulū quē diligebat
ieſus. Ubi notandū ꝙ inter ceteros apłos ie
ſus dilecto ſuo Johāni multa ſigna dilectio
nis demōſtrauit. Primū ꝙ ip̄m in ꝟginita-
te ꝯſeruauit. ſic̄ patuit in arenga. Ex quo tri
plicē p̄rogatiuā meruit i xp̄o. ſūmā dilectōꝫ
ſic̄ hic in textu. iō dic̄ petan. io. Qꝛ carnes ſi-
bi amputauit illecebras celeſtiū epulaꝝ deli
cias fruebat̄. mirās recōmēdationē. Matt.
xx. cū dixit. Ecce mat̄ tua. Hiero. ꝯtra geni
nianū. In breui ſmone multa ꝯp̄hēdā. Do-
ceā cuiꝰ p̄uilegij fuit Johēs cui a dn̄o ꝟgini
mat̄ ꝟgo ꝯmendat̄. ꝓfunde ſapie infuſionū
teſte Hiero. vbi ſupra. Johēs nāq̄ q̄ſi aq̄la
ad ſumma volauit. ⁊ ad ip̄m p̄reꝫ ꝑuenit di.
In p̄ncipio erat ꝟbū. expoſuit ꝟginitas qō
nuptie nō poterāt. Scōm ſignū ꝙ xp̄s ipſuꝫ
mr̄i ſue dilectiſſime ꝯmendauit di. Joh. xix.
Mulier ecce filiꝰ tuꝰ. Sup q̄ dicit petan. io.
Sic̄ dn̄s dixit mr̄i. hic ē filiꝰ tuꝰ. ita dixit di-

ſcipul̄. Hoc ē corpꝰ meū. Et tantꝰ fuit in illis
ꝟbis effectꝰ vt cū illico panis ille dn̄icū cor-
pus fieret. q̄dā igit̄ ſilitudie dicere audemus
btm̄ iohēꝫ nō veꝝ filiū marie ſꝫ potiꝰ noīe. ſꝫ
ꝓpter illa dn̄ica ꝟba qōdā maiorꝭ ncc̄itatꝭ ſa
cramētū apō btāꝫ mariā ꝟginē meruit obti-
nere. Ex hͦ beatꝰ Johēs factꝰ ē filius ꝟginis
xp̄i frat̄ adoptiuꝰ. eiꝰ theſaurariꝰ necnon ar
changeli gabrielis ꝯſociꝰ in cuſtodiendo vir
ginē. Tertiū ſignū dilectiōis ē ꝙ ip̄m ſuꝑ pe
ctus ſuū recūbere ꝑmiſit. ⁊ tangit̄ hͦ i euāge-
lio. q̄ ⁊ recubuit ſuꝑ pectꝰ eiꝰ. vbi dic̄ glo. pe
ctus xp̄i ē mēſa celeſtꝭ. in q̄ ſūt delicie angelo
rū. De hac mēſa dꝛ Luc̄. xxij. Ut edatꝭ ⁊ bi-
batis ſuꝑ menſam meā i regno meo. ⁊ ē gazo
philatiū in q̄ ſunt ſapie ⁊ ſcie dei abſcōdite. ē
etiā fons diuinus in q̄ ē plenitudo oīs gr̄e et
virtutis. ſm̄ illud p̄s. xxxv. Quoniā apō te
ē fons vite. Si ergo famelicꝰ ſedeat ad mēſā
deliciaꝝ valde ſatiabit̄. Si egenꝰ intrat i ga-
zophilatiū. valde theſauris ditabit̄. Si ſiti/
bundus venit ad fontē amenum maxime re
pletur. Ideo beatus Johannes erat fameli-
cus. ideo hodie ad menſam angelorū euola/
uit. teſte Beda in omelia hodierna. Hodie i-
quit mirabilis aquila ad vineā āgeloꝝ ⁊ ho/
minū eſcā feliciter euolauit. Erat egenꝰ. iō in
trauit in gazophilatiū oīuꝫ theſauroꝝ ⁊ oīm
ſciaꝝ. ſm̄ illud Jo. dama. qui dicit Hanc ſu
ꝑeminentē ſcie gr̄am ex illo celeſti gazophi-
latio in q̄ ſunt oēs theſauri ſapientie ⁊ ſcien-
tie dei traxit. Fuit etiā beatꝰ Johēs ſitibun-
dus. iō ſtetit ad fontē gr̄aꝝ. ad queꝫ ꝓpheta
ſuſpirās dicit. p̄s. xl. Sitiuit aīa mea ad deū
fontē viuū. Iſta tria tangunt̄. Eccl̄i. xv. Ci-
bauit illū dn̄s pane vite ⁊ intellectꝰ ⁊ aq̄ ſapi
entie ſalutaris potauit illū. Jocūditatē ⁊ ex-
ultationē theſaurizat ſuꝑ eū. Quartū ſignū
dilectionis ē ꝙ archana cordis ſibi non cela-
uit. ſicut eni habet̄ hoc in euāgl. Interroga-
uit Johēs dicēs. Quis ē qui te tradet. q. d.
Rogo vt meis coapłis ⁊ mihi digneris reue
lare. Jeſus aūt reuelauit dicēs. Ille ē cui in-
tinctū paneꝫ porrexero. Joh. xiiij. Suꝑ his
dicit Pe. dama. in quodā ſmone. Tacet pe
trus celi clauiger. ſilet andreas. nō potuit os
aperire Philippus. oēs tacēt. oēs dubitāt.
⁊ latent̄ requirunt. nō prolatiōe verborum.
ſed nutibꝰ oculoꝝ. patrociniuꝫ q̄rit̄. ⁊ ad rei
noticiā ꝑuenit. Et ſubdit. Cōſideranduꝫ eſt
fratres quanta deuotionis inſtātia. b. Johā
nis auxiliū debemꝰ iplorare. quem ſibimet i-
teruentorē ⁊ ip̄i apłi petierūt. quomodo eniꝫ
apud iuſtuꝫ iudicem peccatoribus prodeſſe
nō poterit qui etiam pro ipſis celeſtis curie

ſenatoribus interuenit. hec ille ¶ Quītū ſignū
dilectiōis ē ꝙ ſibi oīuꝫ ſcōꝝ pfectionē dedit
ipe eni fuit apl's ⁊ euāgeliſta. ⁊c. Et h̄ decla=
rat Petrꝰ damaſ. dicēs. Johes nāqꝫ apl's ē
in epl'is. euāgeliſta in euangelio. ꝓpheta in
apoc. martir vtiqꝫ fuit. ꝙ ceteris apl'is ī car=
ne ꝓlixiꝰ māſit eo diutiꝰ martiriȷ̄ tormēta ſu=
ſtinuit. Cui alludit Hiero. dic̄. ꝙ fuit ꝓph̄a
apl's ⁊ euāgeliſta. ꝓph̄a qꝛ vidit ī pathmos.
inſula ſecreta multa Apl's qꝛ ſcripſit ad eccle
ſias vt mgr̄. euāgeliſta. qꝛ libꝝ euāgeliorum
ꝯdidit qd̄ excepto Math. aliȷ̄ apl'i nō fecert̄
¶ Sextū ſignū ē ꝙ xp̄s ſpecialē curā d̄ ip̄o
habuit cū dixit petro. Quid ad te. ſic eū vo=
lo manere donec veniaꝫ. q. d. ſm̄ Bedam in
Omel'. Nolo eū ꝯſumere p mortē crucis ſic̄
te. Nolo eū gladio feriente ip̄m finire vitam
p̄ntem. ſꝫ tamdiu volo eū manere in p̄nti ſe=
culo. donec lōgo cōfectꝰ ſenio me vocāte trā
ſeat in pace in vitā eternā. Ex h̄ voluerūt q̄/
dā ꝙ. b. Joh. cū corpe ⁊ aīa ſit in celo aſſum
ptus. vt. b. Tho. in. iiij. ſcri. diſ. xliij. ar. iij. i
ſolu. ad ſcdm̄. Et dicūt h̄ eſſe ex liberalitate.
Deus eni valde liberal' fuit corpi. b. Joh. in
mūdo. corpꝰ eiꝰ cuſtodiendo ne corruptioni
ſubiaceret. ne oleū aduret feruēs. ne venenū
ſibi noceret. ne gladiꝰ in ip̄m trāſiret. ne do=
lorē mortis ſentiret. iō nō minus liberal' ſibi
dꝫ eē in celo. Sed ecōtra ē opio alioꝝ dicen/
tiū lege cōi eē defunctū ⁊ aīam cū aliȷ̄s apl'is
in celeſti gl'ia gaudere cū xp̄o. Corpꝰ v̄o eiꝰ
in loco hoībus ignoto. deo aūt cognito reſer
uari. ſicut de moiſi corpe ē credendū. Aliȷ̄ di
cunt ip̄m adhuc viuere. ⁊ in paradiſū terre=
ſtrē eē trāſlatū. tēpore aūt antixp̄i inde edu=
cet̄ ⁊ fideles ꝯfirmās ⁊ p̄dicans ab ip̄o anti=
xp̄o occidet̄. Et ſm̄ h̄ dic̄ Theophilꝰ. Chri
ſtus nō negauit Johannē moritur̄. qꝛ q̄cq̄d
orit̄ morit̄. Sed volo inq̄t eum manere vſqꝫ
ad finē mūdi. ⁊ tunc patiet̄ ꝑ me martirium
ſed ꝯtra hos dicit. b. Augꝰ. h̄ ꝙ hic dr̄ ē p̄ui=
legiū Joh. ſeu bn̄ficiū ſpeāle ei ꝯceſſum. qd̄
ſm̄ dictū eoꝝ eēt detrimētū eiꝰ ⁊ n̄ bn̄ficium.
Si diu retardaret̄ a fruitōe diuina aliȷ̄s apo
ſtolis in gl'ia exiſtētibꝰ. Quarti dicūt ipſum
adhuc viuere ſꝫ dormire. Et oñdunt ex illo
ꝙ in eiꝰ ſepulcro nihil ē inuentū niſi manna
qd̄ adhuc in ꝓfundo fouee aſſerūt ſcaturire.
ſic̄ in fontibꝰ fieri ꝯſueuit qd̄ accidere aſſert̄
quodā flatu ⁊ anhelitu quieſcentis. Sꝫ huic
dicto obuiat. b. Aug. di. Cur xp̄s ſuo diſci=
pulo quē diligebat p̄ ceterꝭ ꝓ magno mune=
re donauit longū corpi ſomnū cū peccatorē
Petrū p ingētē martiriȷ̄ gloriā ab onere car
nis abſoluit. q. d. Nō vtiqꝫ eēt ꝯueniēs. ⁊ di
cit de manna ibi ſcaturiēte. ꝙ forte ꝓpter h̄
fuit ꝙ mors eiꝰ p̄cioſa p hoc cōmendaret̄. q̄
niā mors martiriū nō cōmendat Ul' propter
aliā cām q̄ nos latet. iō verius tenēdū ē ꝙ eſt
in celo. ſicut pꝫ ex hoc. cū xp̄s vocaret eū ait
Ueni dilecte mi. tempus eni ē. vt epulerꝭ cū
fratribus tuis. Si adhuc ſub terra dormiret
vel in paradiſo eēt vtiqꝫ cū aliȷ̄s apl'is n̄ epu
laret̄ in celo Sed an ibi ſit corpalit̄ ignorat̄.
Septimū ſignū dilectiōis qꝛ maiori eū cha/
ritate repleuit. qd̄ triplici ſigno oſtendi pōt.
Primo qꝛ ad monumētū eiꝰ priꝰ cucurrit. ſꝫ
illd̄ Joh. xx. Currebāt duo ſil'. Qd̄ exponēs
Gregꝰ. ait. Qui amat ardētiꝰ currit velociꝰ.
⁊ ꝓuenit ciciꝰ. Scd̄o qꝛ p̄ ceteris de charita=
te locutꝰ fuit. vt pꝫ in eiꝰ epl'is. Jō dic̄ Chry.
in li. de ꝯpūctōe cordis. Mos ē amātium vt
amorē ſuū ſilentio tegere neq̄ant. Tertio qꝛ
vſqꝫ ad etatē decrepitā docuit charitatē. ſic̄
de hoc refert Hiero. ad Gal'. di. ꝙ. b. Johes
euangꝭ. cū epheſi moraret̄ vſqꝫ ad vltimā ſe
nectutē. vt vix int̄ diſcipuloꝝ manꝰ ad eccle=
ſiā deferret̄. nec poſſet plana voce v̄ba conci
pere. nihil ad ſingulas ſolebat ꝓferre colle=
ctas niſi filioli mei filioli mei diligite. Tādeꝫ
diſcipl'i q̄ aderāt tedio affecti ꝙ eadē ſp audi
rēt dixert̄. mgr̄ q̄re hec ſp loq̄rꝭ. rn̄dit qꝛ p̄ce=
ptū dn̄i ē. ⁊ ſi ſolū fiat ſuffic̄. Octauū ſignū di
lectiōis qꝛ xp̄s ad ip̄m morientē veit. ad cete=
ros q̄dē angelos ſcōs miſit ad Johānē pſo=
nalit̄ venit. ſm̄ illud. Sic eum volo manere
donec veniā. Sup q̄ dic̄ Pe. dama. i pſona
xp̄i p me ip̄m veniā ip̄m egredientē ī gl'ie cha
ritate ſuſcipiā. Quāte igit̄ reuerētie habēdꝰ
ē. b. Joh. hoībꝰ quē ip̄e auctor vite honora=
uit in carne viuēdo. honorauit a ſecl'o recedē
tē. Jſte igit̄ fuit felix aduētꝰ ⁊ ꝓpt̄ aſpectuꝫ.
qꝛ apparuit illi Jeſus. Et ꝓpt̄ ꝯſortiū qꝛ cū
diſcipul' ſuis. Et ꝓpt̄ ꝓmiſſū cū dixit. Ueni
dilecte mi. tēpꝰ ē vt epulerꝭ mecū. ¶ Sꝫ di
ceres q̄ ſunt cauſe ꝙ xp̄s p̄ ceteris apl'is Jo=
hānē plꝰ dilexit. Ad h̄ dicendū ꝙ plꝰ dilexit
tres cauſe ſūt. Pria ē mūdicia v̄ginal' quam
Joh. habuit. ſic̄ teſtat̄ eccl'ia. Uirgo Johes
electꝰ a dn̄o. iō ab ip̄o fuit magꝭ dilectꝰ Recte
eni ſic̄ in natura refert Jſi. li. xiȷ̄. ꝙ vnicornis
ē aīal ferox. ⁊ a nullo ſe tangere ꝑmittit. mū=
diciā v̄ginalē tn̄ diligit. iō cū a venatore ca=
pi nō poſſit. a v̄gine tractare ⁊ tāgere ſe per=
mittit. Quare xp̄us nobiliſſimꝰ vnicornis ſe
tangere ꝑmiſit a btō Johe qui fuit mūdiſſi=
mus virgo. et hoc quādo recubuit ſupra pe=
ctꝰ eiꝰ qd̄ de nullo alio apl'o legit̄. Jō dic̄ Sa
piēs. Qui diligit mūdiciā cordis ꝓpt̄ v̄ba la
bioꝝ habebit amicū regē. Scd̄a cā fuit per=

ſpicacitatis intellect⁹. Naz Johes oib⁹ alijs
euãgeliſtis altius intellexit ⁊ ſcripſit. illi eni
plurimũ de xp̃i humanitate ſcripſerunt. Jo
hannes de diuinitate incipiens euãgelium.
In p̃ncipio erat verbũ. Idcirco alij p̱ aĩalia
terreſtria Johannes vero p̱ celeſte.ſ. aquilã
figurat̃. qd̃ p̃cellit alios teſte Aug. in prolo-
go ſup̱ euãgeliũ Johis dicit. Qđ lex ⁊ pro/
phete futurũ predixerunt hoc cõpletũ dicit
Johis euãgeliũ. Inter ip̃os aũt euãgeliſtas
eminet Johes in myſterioꝝ diuinoꝝ profun
ditate. iõ dilectus fuit a deo. Juxta illđ Pro
uerb. xvij. Accept⁹ ẽ regi miſter intelligens.
Tertia cã fuit teneritatꝭ infantia. Pueri eni
ceteris magis dilecti ſunt. ſm illud Ozee. xj
Puer iſrael dilexi te. ⁊ maxime illi pueri qui
in iuuentute deo ſeruire conãt̃. Et qꝛ Johã
nes ab adoleſcẽtia deo ſuiuit. iõ p̄ ceterꝭ ip̃z
dilexit. nõ tñ ꝙ alios non dilexiſſet. Dicit tñ
Beda in Omel. Diligebat aũt eũ Jeſus nõ
exceptis ceteris. ſed p̄ ceterꝭ q̃s diligebat fa-
miliarius ip̃m quẽ ſpecialis p̱rogatiua caſti
tatis ampliori dilectiõe fecerat dignũ. Oĩs
quippe diligere probat quib⁹ ante paſſionez
loquit̃. Sic dilexit me pat̃ ⁊ ego dilexi vos.
Sed hũc p̄ oibus dilexit. qꝛ v̓go elect⁹ ab eo
virgo in euũ permanſit. Hec Beda. ⁊ hoc q̃
ad ſcđm. Quãtũ ad tertiũ ponit̃ apl̃oꝝ corri
gibilis opinionis fama cum dꝛ. Exijt ſermo.
Occaſionẽ illi⁹ opinionis traxerũt ex illo. ꝙ
xp̃s dixit. Sic eũ volo manere. Sed illã opi
nionẽ cũ alijs euacuat dñs. ⁊ nõ dixit eis. ie-
ſus. qꝛ nõ morit̃. qꝛ mortu⁹ ẽ Johes ſic̃ ⁊ alij
diſcipuli. ⁊ celeſti potitur gl̃ia. quia ſm ps̃.
lxxxviij. Quis ẽ hõ q̃ viuit ⁊ nõ videbit mor
tẽ. q̃ſi diceret. nullus ſed dixit. Sic ego eum
volo manere donec veniã.ſ. in hac carne ad
p̃dicandũ. ſicut exponit Chry. qꝛ vſq; ad tẽ-
pus Veſpaſiani in illis locis dicit̃ remãſiſſe
Tunc concludit dicẽs. Hic ẽ diſcipulus qui
teſtimoniũ perhibet de his.ſ. que vidit ſm il
lud Joh. j. Quod vidimus ⁊ audiuim⁹ hoc
teſtamur. ⁊ hoc quo ad tertium.

Sermo ſecundus de eodem

QUartum aĩal ſi
mile eſt aquile. Ita ſcribit̃ Apoc. iiij
A Dicit Iſi. li. xiiij. ꝙ mons libani int̃ oẽs
montes mundi gignit cedrũ arborem altiſſi-
mam que ſm Rabanum eſt omniũ arboruz
regina. Et dicũt alij naturales. ꝙ aquila vo-
lens nidificare volitat ſuper omnes hui⁹ mõ
tis arbores. ⁊ quam videns altiorem ſuper
hanc volat. Et nidum ſuum i ea ponit. My
ſtice per montem libani intelligitur mons ce
leſtis regni. ideo quia dicit Hiero. Q̃ mons
libani eſt mons confidentie ⁊ ſecuritatis. Qꝛ
ibi tute quieſcitur a venenoſis ſerpentibus.
quos mons ille ſua aromatitate viuere nõ p̱
mittit. Eſt etiaz mons pulchritudinis ⁊ ame
nitatis propter cedrorum ⁊ aliarum arborũ
proceritatem. ⁊ auium ſilueſtrium ſedulita-
tem. Ita mons celi eſt mons magne ſecurita
tis. Ad quem qui ſemel aſcendit deijci nõ po
terit. Eſt mons omnis pulchritudinis ⁊ mi-
re amenitatis. De his qui poſſidẽt hũc mon
tem dicit Iſa. xxxij. Sedebit populus meuſ
in pulchritudine pacis. in tabernaculis fidu
cie. ⁊ in requie opulenta. In iſto monte ame
niſſimo eſt cedrus altiſſima xp̃s ieſus domi-
nus noſter qui altus eſt per maieſtatis potẽ-
tiam. ſm illud. ps̃. xcvj. Tu ſolus altiſſimus
ſup̱ oẽm terrã. exaltat⁹ es ſup̱ oẽs deos. qui
etiã eſt rex reguz ⁊ dominus dominantium.
Apoc. xix. Ad hanc cedrum volauit etiã be
atus Johannes aquila. ⁊ tulit medullã eius
id eſt diuinitatem quando dixit. In p̃ncipio
erat verbũ. Joh. j. Et hoc figuratũ ẽ Ezech.
xvij. vbi legitur ꝙ aquila grandis ⁊ magna-
rum alarum plena plumis venit ad libanum
⁊ tulit medullã cedri. Per aquilam grandez
intelligitur beatus Johãnes. De q̃ canit ec-
cleſia. Aquilã Ezechielis ſponſe ſcz eccleſie
mittes de celis in miſterium qđ vidit ſcz đ di
uinitate quã alti⁹ ceteris p̱ſpexit. iõ ſimilat̃
in verbis premiſſis aquile volanti. In qui/
bus inq̃ verbis duo deſcribuntur. Primo
beati Johannis vltra alios dignificatio. ibi
quartũ aĩal. Scđo ip̃i⁹ alta ꝯtẽplatio. ibi vo
lanti. Circa qđ notandũ ſm naturales
ſicut aquila int̃ omnes volucres ẽ magis di-
gna. qꝛ ẽ inter alias velut regina. vt dic̃ Iſi.
li. xiiij. Ita beat⁹ Johãnes ẽ dignior iter ali
os euãgeliſtas. iõ attribuit̃ ſibi ſilitudo no-
bilior. ſm illud Apoc. iiij. Vidi hoſtiũ aper
tum in celo. ⁊ ecce poſita eſt ſedes in eo. et in
medio ſedis ⁊ in circũitu ei⁹ q̃ttuor aĩalia ple
na oculis ante ⁊ retro. Et aĩal p̃mũ ſile leoni
quod ſignabat btm̃ Marcũ. Et ſcđm aĩal ſi
mile vitulo ſignificãs. b. Lucã. Tertiuz aĩal
hñs faciẽ q̃ſi hois. per qđ intelligit̃ Mathe
us. Quartũ aĩal ſile aq̃le volãti. p̱ qđ. b. Jo
hãnes figurabat̃. Et h̓ p̱pter multa notabi/
lia q̃ in aq̃la inueniũt̃. Primũ ẽ ſz Gre.
ſup̱ Job. Q̃ aq̃la ad altiſſima ſe eleuat. vt p̄
nimia eleuatiõe a t̃ra vix hũanis intuitib⁹ pa
teat. ſz tñ paſtus gr̃a ad infima deſcendit. qꝛ
cũ in ſublimi videt lepuſculũ in terra aut pi/
ſcẽ in mari ad inſtar lapidis mox deſcendit.
⁊ leporẽ ſiue piſcẽ rapit. ita beat⁹ Johãnes

altiſſime volauit. Paulus q̄dē volauit vſq̧
ad tertiū celū ſic hr̄. ij. Coꝛ. xij. Sed Johes
ſup oē celū vſq̧ ad ipſū deū. teſte. Aug. ſup
Joh. Trāſcēdit. b. Joh. ſup oia cacumina.
oēs cāpos aeris. oēs altitudies ſiderū oīs
choꝛos angeloꝝ ⁊ legiones. Niſi eni trāſcen
deret oia creata nō pueniret ad deū p quem
oia facta ſunt. Cui applaudet doctoꝛ Origl.
Btūs inq̄t Johes aq̄la vltima ſupuolat. nō
ſolū q̄ audiri aut intelligi pn̄t. verūetiā que
oēm intellectū ⁊ oēm ſenſū excedūt. Jō cani
tur de eo. Volat auis ſine meta q̄ nec vates
nec ppha euolauit alti⁹. Et ꝙ ipe tā alte vo
lauit ſignū fuit leuitatis. puritatl ⁊ ſubtilita
tis. Qꝛ dicit. b. Aug⁹. in li. ſmonū. Volare
nō pōt niſi qd̄ ē puꝝ leue ⁊ ſubtile. Btūs igi
tur Johes fuit pur⁹ ſine admixtiōe terrene
auaricie. qꝛ reliquit oia. ſ. p̄rem ⁊ rethe. ⁊ ſe=
cutus ē dn̄m. Mat. iiij. Fuit leuis ſine pon=
deroſitate. qꝛ ppetu⁹ vgo ⁊ a deo elect⁹ Fuit
⁊ ſubtilis ſine groſſitudine ſupbie. qꝛ fuit hu
milis qd̄ pꝫ ex eo ꝙ dn̄s nō ſub rōne hūilita=
tis exp̄mere voluit. Joh. vlt. cū dixit Petr⁹
vidit illū diſcipulū quē diligebat ieſus. Jdo
dicit de ipo xp̄s. Cañ. ij. Dilect⁹ me⁹ cādid⁹
⁊ rubicūdus elect⁹ ex milib⁹. Candidus pro
pter puritatē. rubicūd⁹ ppter charitatē. ele=
ctus ex milib⁹ ppter pfundaꝫ hūilitatē. Et
qꝛ habuit illa tria i ſe. iō trāſcēdit oia ⁊ tā al=
te volauit. Quis tn̄ ita alte volauit ꝙ vix in=
ueniꝛ aliq̄s q̄ ei⁹ volatū poſſit acuti⁹ intueri
tn̄ interdū aliq̄n ad ima deſcēdit. ⁊ ſe cū crea
turis occupādo recreauit. D Sic legiꝛ in
hiſto. eccleſia. cum perdix viua beato Johā
ni oblata fuiſſet a quodā. ⁊ ille eā q̄ſi demul=
cendo tāgeret ⁊ cōtractaret. quidā adoleſcēſ
hoc vidēs ad ſocios ſuos ridendo dixit. Vi
dete quō ille ſenex cuꝫ auicula ludit ſic puer
Qd̄ beat⁹ Joh. p ſpūm recognoſcēs iuuenē
ad ſe vocauit. ⁊ quid in manu teneret q̄ſiuit.
Cui cū ſe arcū tenere diceret ait. Quid inde
facis. Et iuuenis. Aues ⁊ beſtias inde ſagit
tamus. Cui apl's. quomodo. Tunc ille cepit
arcū tenere. ⁊ tenſū i manu erigere. Sed cuꝫ
apl's nihil ei diceret arcū diſtēdit. Cui Joh.
Quare fili mi arcū diſtēdiſti. Et ille. Si diu=
tius tenereꝛ tenſus ad iaciēda iacula infirmi
oꝛ inuenireꝛ. ⁊ apl's. Sic ⁊ hūana fragilitas
ad cōtēplatiōes minus valida fierꝫ ſi ſp i ſuo
vigoꝛe vl' rigoꝛe pſiſtēs fragilitati ſue iterdū
cōdeſcēdere recuſaret. Et ponit exēpluꝫ di.
Nam ⁊ aquila cunctl auib⁹ celſius volat. et
ſolē clari⁹ cōſpicit. ⁊ tn̄ nature neceſſitate ad
ima deſcēdit. ſic ⁊ humanus anim⁹ cū ſe mo
dicū a cōtēplatōe retrahit crebꝛa innouatōe

ardenti⁹ ad celeſtia tendit Jn hoc nos docu
it beatus Johes ne cōtinue in cōtemplatiōe
eleuemur. ſed interdū gaudijs licitis mundi
recreemur. ꝫ illō ſapiētl Cathonis vt poſſis
aio quēuis ſufferre laboꝛē. qꝛ dicit Arc. iiij.
Ethi. Requies ⁊ ludus videnꝛ homini ne=
ceſſaria in vita ſua. Scd̄m notabile ē in aq̄la.
Qd̄ ponit iteꝝ beat⁹ Greg⁹. ſup Job dicēs.
Quando pulli aquile recenter nati ad capiē
dum cibum groſſioꝛem ſunt inualidi tūc ſan
guinē ⁊ liquidioꝛem humoꝛē ſiue liquoꝛē ex
pede ſuo in os ſuū attrahit. ⁊ attractum ſan=
guinē in oꝛa pulloꝝ vomit. ⁊ ita reficit eos ci
bo leuioꝛi quouſq̧ ad cibum ſumēdū groſſi/
orē cōualeſcūt. ⁊ ſic cōſequēꝛ cibat cibo mol
li. ⁊ ad vltimū duro. ita ⁊ beat⁹ Johes nobi
lis aquila cibauit filios ſpūales. qꝛ recenter
natos in fide cibauit cibo leui ſcribēs eis be=
nigniter. j. Joh. ij. Filioli mei hoc ſcribo vo=
bis vt non peccetis. qꝛ ſi q̄s peccauerit aduo
catū habem⁹ apud patrē xp̄m. ⁊ ipe pꝛopiti=
atio ē pꝛo peccatis noſtris. Filios aūt medi=
ocres. cibauit cibo groſſioꝛi. docēs eos relin=
quere mundū. j. Joh. ij. Nolite diligere mū=
dū neq̧ ea que in mūdo ſūt. Si q̄s diligit mū
dū nō eſt charitas dei in eo. qꝛ oē qd̄ ē in mū
do. aut ē ↄcupia oculoꝝ. aut ↄcupia carnis.
aut ſupbia vite. Filios aūt adultos ⁊ i fide
pfectos cibauit cibo duriſſimo dicēs. j. Joh
iij. Quoniā ille aiam ſuaꝫ p nobis poſuit. et
nos. ſ. pfecti debem⁹ pꝛo fratribus nr̄is aias
ponere. Jn h̄. b. Joh. docet pꝛedicatoꝛes vt
ſm capacitatē gentiū moderēt ſermones pꝛe
dicationum. Jō docet. b. Pe. ⁊ hr̄. viij. q. j.
Opoꝛtet eū q̄ docet ⁊ iſtruit aias rudes eē ta
lē vt p ingenio diſcentiū ſemetipm poſſit ap
tare. ⁊ verbi oꝛdinē p audiētis capacitate di
rigere. Tertiū notabile in aquila ē ꝙ p ſalu=
te filioꝝ moꝛti ſe exponit ſicut refert rabi Sa
lomon Qn̄ poꝛtat pullos de loco ad locuꝫ in
doꝛſo eos baiulat. vt ſi ſagitta cōtra eos diri
gaꝛ ipa recipit ictus. vt ſic pullos defendat.
Jta beatus Joh. p ſalute filioꝝ ſuoꝝ moꝛti
ſe expoſuit. cum venenū pꝛo coꝝ ſalute bibit
ſicut canit eccl'ia. Haurit virus hic letale. Jō
poteſt dicere cum apoſtolo. ij. Coꝛ. xij. Ego
libentiſſime impendaꝫ. ſcilicet coꝛpus expo=
nendo moꝛti. ⁊ ſuperimpendar p animabus
vr̄is. ſ. reddēdo rōnem ⁊ paſſiones ſuſtinen/
do. Et hoc liquet in exemplo. qd̄ refert Cle=
mēs in. iij. li. eccleſiaſtice hiſto. Ꝙ quodā tē=
poꝛe apl's quendā iuuenem pulchꝛum ⁊ fero
cē ↄuertit. ⁊ eū cuidā epo ſub depoſiti nomie
cōmēdauit. Poſt aliquod tempus iuuenis
epm dereliquit. ⁊ factus ē pnceps latronum

veniēs igiꝭ apl'ſ ad epm depoſitū ſuū reqſi
uit. Cū ille de iuuene nō intelligeret. ⁊ pluri-
mū ſtuperet. dixit ei apl'ſ. Juuenem iſtū a te
repeto. quē tibi tā ſtudioſe ꝯmēdaui Cui ille
Patꝭ ſancte in aīa mortuꝰ ē. ⁊ in tali loco cum
latronibꝰ degit. Qd apl'ſ audiēs veſtē ſcidit
⁊ ait. Bonū cuſtodē aīe fratris te dereliqui.
Confeſtim igiꝭ ſibi equū cōpare iuſſit. et ad
montē illū intrepidus cucurrit. Quem cū iu
uenis inſpexiſſet p̄ pudore nimio equū aſcen
dit. ⁊ velociꝰ aufugit. Apl'ſ aūt etatꝭ oblituſ
equū vrget calcaribꝰ ⁊ poſtergū clamitat fu
gientis. Ut quid fili dulciſſime fugis. patreȝ
inermē ⁊ ſenē non timeas fili. qꝛ ꝓ te xp̄o red
dam rōnem. ⁊ certe ꝓ te libenꝭ morior. Sic
ꝓ nobis xp̄s mortuꝰ ē. Reuerte fili reuerte.
qꝛ deus me miſit. Audiēs iuuenis ꝯpunctuſ
rediēs ⁊ amariſſime fleuit. Apl'ſ autē ad pe-
des eius ꝓcidit. ⁊ manū ſibi p penitētiā illā
purgatā oſculari cepit. Jeiunante igiꝭ ⁊ orā
te ꝓ eo apl'ſ veniā impetrauit. ⁊ poſtea eū in
ep̄m ordinauit. Quartū notabile ē Aq̄le ſm
Pli. in ſpe. na. ꝙ duos lapides p̄cioſos noīe
echides. quoꝝ vnus ē maſculus ⁊ alter femi
neus in nido ſuo reponit. vt pullos ſuos cu-
ſtodiāt a morſu reptiliū venenoſoꝝ ¶ Jta
beatꝰ Jobes in nido ſuo. i. euāgelio de q̄ dicꝭ
Job. xiij. Jn arduis ponit nidū ſuū lapides
poſuit ꝯtra ſerpētes. i. ꝯtra hereticos. Unꝰ
lapis fuit cū dixit. Jn p̄ncipio. i. i eternitate
erat verbū. Et iſte lapis ē ꝯtra neſtoriū q̄ di
cit filiū habuiſſe p̄ncipiū. Alius lapis fuit et
verbū erat apud deū. Et iſte lapis fugauit ſ̄
pentē ſabelliū q̄ dixit ꝙ nulla erat diſtinctio
pſonaꝝ. Aliꝰ lapis fuit cū dixit. Et deꝰ erat
verbū. Jſte lapis fugauit ſ̄pentē dariū q̄ di
xit filiū minorē patre. Aliꝰ fuit lapis qn̄ dixit
Oīa p ip̄m facta ſūt. Et iſte lapis fugauit ſ̄-
pentē manicheū q̄ dixit oīa viſibilia a deo n̄
eē creata. Aliꝰ lapis fuit cū dixit. Uerbū ca-
ro factū ē. Et iſte lapis fugauit manicheuȝ q̄
dixit ip̄m habuiſſe corpus hūanū ſed fanta-
ſticū. ꝙ ſi eēt verbū caro factū nō fuiſſet ſed
apparuiſſet. Jſte etiā lapis moconites ſ̄pen
tes etiā fugauit q̄ poſuerūt xp̄m hr̄e corpus
verū nō tn̄ de virgine ſumptum ſȝ de celo ap
portatū. qd ſi eēt veꝝ corpꝰ illud caro dici n̄
poſſet cū caro dicat aliqd cōpoſitū ex q̄tuor
elemētis. ¶ Quintū notabile in aquila eſt
ꝙ qn̄ venaꝭ nō facit h̄ circa nidū ſuū. ſed lon
ge a nido vult venari. vt ait Pli. i ſpe. na. p̄-
dam nō accipit niſi fame arceaꝭ. Sola nō co-
medit. imo auibꝰ ſe ſequētibꝰ q̄ſi cōem expo-
nit. Jō eā etiaȝ ſemp multitudo auiū ſequiꝭ
ſperātes ſibi de ipius p̄da aliq̄d impꝫtiri Jta
beatus Jobes in locis vicinis. ſ. in mūdo nō
venatꝰ fuit Jō dꝛ tuliſſe medullā cedri. ſ. dei
tatem de libano. i. de celo vt notaꝭ in thema-
te. Marcus eni venatꝰ ē in locis vicinis. qꝛ
dicta Matthei collegit. ⁊ in ſuo euāglio po
ſuit. Matthēꝰ venatꝰ ē in locꝭ vicinis. qꝛ in-
fantiā xp̄i deſcribit. Jobes aūt i locꝭ vicinis
venari noluit. nec dicta alioꝝ euāgeliſtaꝝ re
plicauit. ſȝ ſua ꝓpria nobis exhibuit. nec te-
xit xp̄i natiuitatē carnalē. ſed celeſtē. Jō dicꝭ
beatꝰ Augꝰ ſup Joh. deſignanꝭ ſiue leo ſiue
vitulus. ſiue hō. ⁊ illa tria in terra gradiūtur
qꝛ tres euāgeliſte in his maxime ſūt occupa-
ti q̄ xp̄s in carne ē opatꝰ. At vero Jobes ſub
nubilo infirmitatis hūane velut aquila vo-
lat lucē incōmutabilis veritatꝭ acutiſſimis ⁊
firmiſſimis oculis intueꝭ. Etiā beatꝰ Jobes
predā quā in celo cepit ſolꝰ nō comedit. pau
lus nanqȝ predā quā rapuit ſolus manduca-
uit. qꝛ eā homini loqui nō licuit. ij. Coꝝ. xij.
Sed Jobes p̄dam quā ſup oē celum rapuit
ſolꝰ nō mūducauit. qꝛ eā p̄dicauit. ⁊ i ſcriptꝭ
reliquit. Jō dicit Origꝭ. Paulus audiuit v̄
ba q̄ nō licuit hoībus loq̄ Jobes intime veri
tatis inſpector i p̄adiſo. paradiſus. i. cā oīuȝ
audiuit vnicū verbū. per qd oīa facta ſunt ⁊
licuit loqui q̄tū pōt hoībus p̄dicari. Sextū
notabile i aquila ē (vt ait Amb. ſup illo ver
bo. Prou. xxx. Tria ſūt mihi difficilia ⁊ q̄r
tū penitꝰ ignoro) qd ē inimica ſerpentū. quia
eos ſurſū ad calorē ſolis trahit. Roſtro vn-
guibuſqȝ ſuis lacerat ac diſtinguit. q̄s cū de-
uorat calore ſuo i neruoꝝ vires extinguit. ita
beatꝰ Jobes fuit inimicꝰ hereticoꝝ latētiuȝ
ſerpentū. ita ꝙ cū eis noluit balneari. nec in
p̄ntia eoꝝ ꝯuerſari. ſicut hꝛ̄ in glo. ſup ſcdaȝ
cano. Jobis. Cū apl'ſ Jobes epheſum bal-
neū lauandi cā introiſſet. ⁊ ibidē cherintum
hereticū vidiſſet. protinꝰ exilijt dicēs. Fugi-
amus hinc ne balnea ſup nos corruant i qui
bus lauaꝭ cherinthus veritatis inimicꝰ Jp̄e
etiā velut aq̄la lacerauit eoꝝ falſa documen
ta. ſicut canitur in proſa. Obſtruit qd ebron
cherintus ⁊ marcion p fidē latrauit. et recte
ſicut aquila comedit venenū nō ſentit acerbi
tatē eiꝰ. ſed calore interiori cōſumit ⁊ diſtin-
guit. Jta. b. Jobes q̄uis mortis venenū bi
bit. penā tn̄ euaſit. qꝛ de hoc ip̄o dictum fuit
Job. v. Jngredierꝭ in abundātia ſepulchrū
ſicut inferꝭ aceruus tritici in tēpore ſuo. ⁊ q̄
terris. ē tñ̄ elect⁹ qđ plus eſt. cū iā glorificat⁹
regnabat in celis. Jō legit̄ ꝙ q̄dam miles vt
moris ē ex deuotiōe aliq̄uē apl'oꝝ i patronū
ſpecialē de chartulis in quib⁹ apl'orum noīa
erāt ſcripta elegerat. ¶ Iſte ſel'aut bis ar-
ripuit chartulā ꝯtinētē nomē glioſiſſimi apl'i
Mathie. ⁊ ille indignat⁹ ait. Si nullū apl'o-
rū magnoꝝ ſorte merui nec illū q̄ locum iude
tenet. ꝑ patrono h̄re volo. Poſt aliqđ igit̄
tp̄s cū dict⁹ miles cauſa ſalutis paſſiōis xp̄i
loca viſitare diſponeret ⁊ iā in mari cū ſocijs
aliquātū ꝓfect⁹ eſſet nauis ſubito iplebatur
ex piſcib⁹ vt oēs q̄ in ea erāt deſperarēt. Cuʒ
igit̄ ſors reū ſcʒ militē ꝓderet eiect⁹ de naui
marinis fluctib⁹ ſup nudā tabulā exponitur
Qui cū ꝓxim⁹ eēt morti vidit quēdā ſplēdi-
da veſte indutū q̄ interrogauit eū. cur mari-
nis fluctib⁹ es immerſus. Cui ille. ꝓpt̄ cul
pā meā hoc factum ē. Ait ille. Velles ne illi
obſequiū ⁊ honorē ipendere q̄ te de illis peri
culis liberaret. Rn̄dit miles. q̄diu viuerem
ſibi fideliter tanq̄ dn̄o ſeruirē. Tūc ait. Ego
ſum apl's Mathias quē ꝑ patrono h̄re cōtē-
pſiſti. nūc aūt bonū tibi ꝓ malo reddaʒ. ⁊ ex
tēdit manū ſuā ⁊ ipm de piculo mortis liba-
uit. ⁊ ſubito in ciuitatē illū tranſportauit pci
piens vt ibi ſocios ſuos expectaret. q̄ p⁹ mul
tos dies huc veniētes ipm cognouerūt. Jlle
aūt ſanctū Mathiā in magna reuerētia ha-
buit p̄ oībus ſanctis ⁊ ei oībus dieb⁹ vite ſer
uiebat. Quātū ad ſcđm ꝯmēdat̄. b. Mathi
as a vite ſūma ꝑfectione. ſm naturales illđ
aīal plus ē cōmēdabile qđ hʒ pl'es ỽtutes p
fectiōis. D Sic refert Jſi. li. xij. de oue qđ
ē aīal mite ⁊ hūile. q2 ỽberata non reclamat

Eſt etiā amabile. q2 amat ſocietatē gregis ⁊
ſolū incedere formidat. vt dicit Pli. in ſpec.
na. Oē eni qđ ē in h̄ aīali ē totū vtile. ⁊ ad ꝑ-
fectū. Caro eni ad cibū. pellis ad variū vſuʒ
pueris ad indumentū. fimus ad terrā impin
guandā. Vngula ⁊ cornua ad medicandū. ⁊
hec ꝑfectio i paucis ⁊ nullis aīalib⁹ repitur.
Ideo ouis merito p̄ alijs collaudat̄. ſic Ma
thias p̄ alijs ē multū ꝯmēdabilis ꝓpt̄ multa
rū virtutū ꝑfectionē. Primo eni ē mitl quia
iniuria ſe nō vindicat ſed patient̄ tollerat. ⁊
bonū pro malo donat. vt ptʒ in milite ſupra
dicto. Jō dicit Hugo de ſan. victo. Mites
ſunt leones ⁊ patientes i probos cedūt. Etiā
fuit vere humilis. qđ pʒ ex noīe. q2 Mathi/
as interp̄tat̄ puus ſeu humilis. Et dic̄ Am-
bro. ꝙ hūilitas ē triplex. Prima ē applicati-
onis qua quis dicit̄ hūilitat⁹. Secūda ꝯſide
rationis q̄ ꝓcedit ex cognitione ſuijp̄i⁹. Ter
tia deuotiōis q̄ ꝓcedit ex cognitione creato-
ris. ¶ Primā habuit. b. Math. martyri-
um ſuſtinēdo. ⁊ valde patient̄ ſic̄ ouis ſuſti-
nuit nō reclamādo vt ỽificet̄ illud. Eſa. liij.
Sic̄ ouis ad occiſionē duct⁹ ē ⁊ nō apperuit
os ſuū. q2 ſic̄ in certis codicib⁹ legit̄ patibu-
lū crucis hmnilit̄ ſuſtinuiſſe eū. ⁊ tali marty
rio coronat⁹ celos aſcēdiſſe. Secūdā habuit
hūilitatē ſe deſpiciēdo vt dicere poſſet cum
pſ. lxxxiij. Elegi abiect⁹ eē in domo dei mei.
Tertiā habuit māifeſte in deū hūc amando
ſm illđ pſ. xvij. Diligā te dn̄e fortitudo mea
Et ꝓpt̄ hāc triplicē hūilitatē amat⁹ ē a p̄re ⁊
filio ⁊ ſpūſcō. A p̄re q̄dē. q2 ille dilexit humi
les. ſm illud Matth. xviij. Nō eſt volūtas
patris mei q̄ in celis ē ꝙ pereat vn⁹ ex puſil-
lis iſtis q̄ in me credūt. Et ꝙ. b. Math. ama
uit pʒ ex hoc ꝙ ſibi ſecreta ſua reuelauit. Ad
hoc oñdendū legit̄ in aliquib⁹ eccl'ijs h̄ euan
geliū Math. xj. Confiteor tibi dn̄e celi ⁊ ter
re q2 abſcondiſti hec a ſapientib⁹ ⁊ reuelaſti
ea paruulis. Fili⁹ amauit ipm. q2 cū apl'i ſta-
tuiſſent duos ꝓ electiōe xp̄s eū ꝑelegit. quia
ipe ſe deſpexit effugiēs ex hūilitate apl'at⁹ di
gnitatē. iō dicit̄ in cano. in ſcripturis. viij. q
j. Loc⁹ regiminis negandus ē deſiderantib⁹
⁊ offerend⁹ fugientib⁹. Spūſſanct⁹ ipm etiā
dilexit. q2 in die pentecoſtes ſup eū req̄euit.
ſm illud Eſa. vlt̄. Sup quē requieſcit ſpūs
meus niſi ſup humilē. Secūdo ei⁹ ꝑfectio pa
tuit in nimia dilectiōe. q2 recte ſic̄ ouis homi
nibus amabilis ē ꝓpter vtilitatis ꝑfectionē
ita. b. Mathias dilectus fuit dn̄o ⁊ multuʒ
amabilis. qđ pʒ in pluribus ſignis q̄ oñdit ſi
bi. Primo ꝙ fecit eū cōtribulē ſuū. q2 de tri-
bu iuda. ⁊ ſolent homines q̄ ſunt de eadem

terra inuicē ſe diligere. ſicut patet in Petro
Andrea ⁊ Philippo ꝗ fuerūt de ciuitate be
thſaida. ⁊ ſpecialē dilectionē ad ſe habuerūt
Secūdo fecit eū ſuum ſecretariū qn̄ fecit euꝫ
ſuum diſcipulū qꝛ fuit vnus de duodecim di
ſcipulis. Et hodie electus in apoſtolū electō
ne ſpeciali ꝗbus xp̄s ap̄lis ſecreta ſua narra
uit. Joh. xv. Jam nō dicam vos ſeruos ⁊c̄.
Tertio fecit ip̄m cōmilitē ſnū qꝛ ꝗdaꝫ volūt
ꝙ ſit crucifixus. ⁊ ſic cū xp̄o in eodeꝫ equo ſe
dit qd̄ fuit ſibi magnus honoꝛ. ſm̄ illud He
ſter. vi. Homo quē rex honoꝛare cupit d̄bet
poni ſuꝑ equum ꝗ eſt de ſella regis. Alij eni
ſuꝑ equū regis ſederūt ꝗ penaſ martyrij tule
runt. Sed nō ſuꝑ illo ꝗ eſt de ſella regis. i. ſu
per quem nullus eq̄tauit niſi ſolus rex Ma
thias aūt vt aiūt ꝗdaꝫ ſedit ſuꝑ equum ꝗ fu-
it xp̄i regis qꝛ eum crucifixerūt ſm̄ illud Sa
pientie. xviij. Simili pena ſeruꝰ cū dn̄o paſ-
ſus ē ⁊ afflictꝰ. Jō figuratꝰ ē ꝑ Mardocheū
iudeū quē rex aſuerus miſit poni ſuꝑ equū
ſuū ſuꝑ quē nemo equitauit niſi ip̄e. ⁊ prece/
pit eū duci ꝑ ciuitatē Heſter. vj. Et ſicut ha
beť Heſter. viij. Mardocheꝰ fulgebat ī pa/
latio regis varijs veſtibꝰ ⁊ oīs ciuitas exulta
uit. Et iudeis noua lux oꝛiri viſa ē. Jta xp̄s
qui vera beatitudo ē omniū electoꝝ iuſſit po
ni. b. mathiā ſuꝑ equū ſuū. ſ. crucē. ſm̄ illud
Matth. xvj. Si quis vult venire pꝰ me tol-
lat crucē ſuā ⁊ ſequať me. ⁊ pꝛecepit angelis
vt ip̄m ducerent ad ciuitatē hanc gloꝛioſam
De qua dicit Augꝰ li. de cōtem. xp̄i. c. xxvj.
O ꝙ̄ gloꝛioſa dicta ſunt de te ciuitas. dei fū-
daris eni exultatiōe vniuerſe terre nec ē inte
ſenectus nec ſenectutis miſeria. Nō enim in
te claudus. neq̄ꝫ gibboſus. neq̄ꝫ defoꝛmis. ſꝫ
omnes occurrūt in virū ꝑfectū. in hac nemo
iraſciť. nemo leditur. nemo inuidet. Cupidi
tas nulla exardeſcit. nullꝰ ibi diaboli metus
inſidie demonū nulle. Terroꝛ gehēne ibi ꝓ-
cul nō ē moꝛs coꝛꝑis aut aīe ſꝫ imoꝛtalis vita
Hec Augꝰ. Jn hāc ciuitatem hodie. b. Ma
thias gloꝛioſe eq̄tauit p̄cinētibꝰ angelis iu/
xta illud Heſter. vj. Sic honoꝛabiť quē rex
xp̄s voluerit honoꝛare. Jbi aīa ſua ſanctiſſi
ma fulget varijs veſtita v̄tutibꝰ. Juxta illō
pſ̄. xliiij. Aſtitit regina a dextris tuis in ve-
ſtitu deaurato circūamicta varietate. Jdeo
oēs incole huiꝰ gl̄ioſe ciuitat̄ exultauerūt in
aduentu eius ſcꝫ comparis. ibi nunc lucet q̄-
ſi noua lux ⁊ pꝛeſto eſt omnibus qui deū cō-
fitentur. ⁊ ipſum ſedule laudāt ⁊ honoꝛāt. ro
gemus ergo dominum.

Sermo p̄mus de ſancto Gregoꝛio.

Ego nouiſſimus

vigilaui ⁊ q̄ſi ꝗ colligit racemos poſt
videmiatoꝛes. Eccī. xxxiij. mgr̄ li. ꝓpꝛieta.
xvj. ait de quodā lapide p̄cioſo geraticon nū
cupato. huiꝰ virtꝰ ſic ꝓbať. Si coꝛpus hoīs
melle inungiť ⁊ muſcis exponiť. ſi lapis il-
le ē p̄n̄s coꝛpꝰ illud intactum remanet. muſce
mox fugient ⁊ coꝛpꝰ eiꝰ nō coꝛrūpēt. De lapi
de d̄ꝛ in lapidario ꝙ geſtatꝰ hoīem reddit di
lectū ⁊ amabilē atq̄ꝫ gratū. Myſtice ꝑ hunc
lapidē humilitas deſignať q̄ ē virtus multū
p̄cioſa. Eſt eni ſm̄ Aug̃. virtus multū
p̄cioſa. qꝛ ē caput oīm virtutū ⁊ obtinet p̄ma
tum ceteraꝝ tanq̄ꝫ conſeruatrix. Hec humili
tas. tūc vera ꝓbať ſi aliq̄ gl̄ia hoī exhibeť ſi
ue laus ⁊ hoī exhibita cōtēnit laudē. ſignū ē
ꝙ illi adeſt hūilitas q̄ d̄ꝛ in libello paradiſus
aīe. vere humilis ne ſibi aliqua gl̄ia exhibeť
ſiue laus. ⁊ cū exhibita fuerit expaueſcit. qd̄
pꝫ de ſcō Grego. ꝗ cū vngereť melle laudis
egre tulit. ⁊ laudē refugit. ⁊ ſic muſcis adula
tionū intactꝰ ꝑmanſit. Jō ep̄o Stephano ꝗ
eū in ſuis ep̄lis melle laudis ꝑunxit ſic reſcri
pſit. Multū mihi ⁊ vltra quā audire merui
indignꝰ in v̄ris lr̄is demōſtratis. Et ſcriptū
ē nō laudas hoīem ꝙ̄diu viuit. Tn̄ ⁊ ſi audi
re indignus talia fui oꝛ̄onibꝰ v̄ris peto vt di
gnus efficiar. Ex q̄ dicto pꝫ. ꝙ verā hūilita-
tē habuit quā ſi nō habuiſſet muſce adulati-
onis ip̄m coꝛroſiſſent. iō gratꝰ fuit deo ⁊ mul
tū dilectꝰ. ꝓpter hāc humilitatē. qꝛ dīc btūs
Augꝰ. Nihil fac̄ nos ita gratos deo niſi ip̄a
humilitas q̄ ad ſe traxit clemētiā dei. Q̄ fuit
dilectus deo. pꝫ Eccī.. xlv. Dilectꝰ deo ⁊ ho
minibꝰ cuiꝰ memoꝛia in bn̄dictōe eſt. Et ſua
humilitas pꝫ in v̄bis p̄aſſumpt̄. Jn quibus
a duobus laudať. Quātū ad pꝛimum ab hu
militat̄ abundantia. ibi. Ego nouiſſimꝰ. Se
cūdo a virtutis vigilantia. ibi. vigilaui. De
p̄mo ē ſciendū. Arboꝛ ſm̄ naturales dicta ē
ꝙ terre radicibus ſolet firmiť adherere vt di
cit Jſi. li. xvj. c. v. Et illa arboꝛ q̄ nō ē bn̄ ra-
dicata facile a vento ꝓſterniť. Sed que pꝛo
funde radices terre infigit euelli non poterit
Moꝛaliť hō ſm̄ Areſt. d̄ꝛ arboꝛ euerſa hn̄s
radices ſurſū ⁊ ramos deoꝛſū. Hec ſi nō vult
deijci a vento ſuꝑbie nc̄c̄e ē vt valde pꝛofun
de radicatus ſit in humilitate. Jō ſeneca ad
Lucillum in ep̄la dicit ad yma atq̄ꝫ humilita
tem redige te mi Lucille ex quibus cadē non
poſſis. Jn humili eteni via nullus accidit ca
ſus aut ruina. Et ſicut arboꝛ que nō ē radici
bus ꝓfundata raro cerniť nimiū eleuata. ſic
nullus poterit ad altitudinē celi aſcēdere ni-

ſi ſit bene radicatus in humilitate. Jdo dicit
Bern̄. in li. de gr̄a humilitatl. per humilita-
tē aſcēdere oportet ad ſublimitatē. qꝛ hec eſt
via ⁊ non alia preter ipſam. qui aliter vadit
cadit poti⁹ q̄ȝ aſcēdit ¶ Qđ probať ꝺ he-
remita quodā q̄ pollebat multis virtutibus
⁊ tandē elat⁹ cōfidēs de ſe cepit ſibi totuȝ qđ
fecerat deputare qđ vidēs inimic⁹ Diabol⁹
acceſſit in ſpē pulchꝛe mulieris aberrātis di-
cens. qꝛ nox me infelicē ⁊ feſſam dephendit
in heremo. Jube me hic in angulis eē ne co-
medar a beſtijs. ad hoc conſenſum dedit ille
⁊ cauſam erroꝛis inquirit. illa aūt blandimē
ta fixit ⁊ ſuauitatis ſermone animū inclinat.
vt inter hec verba riſus ⁊ iocus miſcereť. de
inde manū ad mentū poſtea ad caput ⁊ collū
apponit. ⁊ continuo libidinis fluctib⁹ cepit
eſtuare. ⁊ irruit in eius amplexus. Jlla autē
vlulatū dire vocis emittēs inter ei⁹ man⁹ ve
lut vmbꝛa diſparuit. cum fetoꝛe ⁊ irriſione
ipſum deſerens. Tunc multitudo demonuȝ
ipm in aere ad hoc ſpectaculū congregati di
xerūt. O infelix qui te vſq̄ȝ ad celum extolle
bas quō dimerſus es in infernū Diſce miſer
qui ſe exaltat humiliabiť. Jlle autem velut
amēs effect⁹ deceptiōis ſue pudoꝛem non fe
rens deſperās tradidit ſe imūdicie ⁊ iniqui-
tati ⁊ fugit ꝯſpectū ſcōꝝ hoim ne poſſit de p̄-
cipitio reuocari Jdcirco btiſſim⁹ Greg⁹. val
de pfunde fixit radicē humilitatis. Cui⁹ hu-
militas pȝ in vita ⁊ doctrina. Jn vita cū dic̄
ego nouiſſimus. Jn doctrina q̄ſi qui colligit
racemos p⁹ vindemiatoꝛes. ¶ Jn vita ha
buit humilitatē. Primo in v̄bo qꝛ ſe ſeruum
ſeruoꝝ noiauit. Sequēs apl̄m q̄ dic̄. ij. Coꝝ
iiij. Nō eni noſmetipos p̄dicam⁹ ſcȝ laudan-
do ſȝ ieſum xp̄m dn̄m. Nos aūt ſeruos v̄ros
p ieſū. Jō beat⁹ Greg. patriarche alexandri
no eulogio qui eū in ep̄la papā generalē no-
minauerat ſic ſcripſit in p̄fatione inquit ep̄le
quā ad me direxiſtis ſupbe appellatiōis viꝫ
vniuerſalē papā me dicētes ſcribere curaſtl
qđ peto v̄ra dulciſſima ſanctitas nō faciat vl
tra. qꝛ vobis ſubtrahiť qđ alteri pluſq̄ȝ ratō
exigat p̄bereť. Ego eni v̄bis pſperari nō q̄-
ro ſed moꝛib⁹. nec honoꝛē eē puto in quo fra
tris honoꝛē ſuū pꝛodere recognoſco. Jdē eu
logius patriarcha ſcripſit ſibi in litteris ſuis
hoc verbū ſicut iuſſiſtis qđ verbū iuſſiōis pe
to a me auditu remoueri qꝛ ſcio qui ſū ⁊ qui
eſtis. loco eni mei mihi fratres eſtis. moꝛib⁹
autē patres. Nolebat etiā q̄ matrone ſe an-
cillas ſuas dicerent. iō cuidā mulieri nomie
ruſticana ſcripſit dicēs. vnū in tuis epiſtolis
egre ſuſcepi. qđ quia ſemel dici poterat ſepi⁹
dicebatur ancilla veſtra. Ego enim qui per
epiſcopatus onera omnium ſeruus fact⁹ ſuȝ
qua ratione te mihi ancillam dicis cuius an-
te epiſcopatus ſeruus fui. ⁊ ideo rogo p om
nipotentem deum ne ad me hoc verbum in
tuis epiſtolis aliquando inueniaȝ. Secūdo
eius hūilitas apparuit in animo. qꝛ ſe pecca-
toꝛē reputabat ſequēs apoſtolum qui ait. j.
ad Timo. j. Chꝛiſtus ieſus venit in hūc mū/
dū peccatoꝛes ſaluos facere quoꝝ pꝛim⁹ ego
ſum. Jō in epiſtola ad Martinū impatoꝛē
ſic ſcribit. Quia peccatoꝛ ſum credo omnipo
tentem deum magis placari quantū me ſer/
uientē affligitis. ita nos ei⁹ exemplo repute-
mus peccatoꝛes. qꝛ piarū mentiuȝ eſt ibi cul
pam timere vbi culpa nō eſt vt ait Gregoꝛi⁹
Et dicemus cū filio pꝛodigo Luc. xv. O pa
ter peccaui in celū ⁊ corā te. Et idē dicemus
cū publicano. De⁹ ppitius eſto mihi pecca-
toꝛi. vt cū ipo iuſtificato de tēplo deſcenda-
mus Luc. xviij. Tertio hūilitas apparuit ī
ſigno. qꝛ legiť in libꝛo qui de greco in latinū
eſt tranſlatus. Quidam ſanctus pať nomie
Johannes abbas cum romam ad viſitāduȝ
limina ſanctoꝛum apoſtoloꝛum veniſſet ⁊ be
atū Gregoꝛiū papam per medium ciuitatis
ire vidit. voluit ei occurrere. ⁊ vt decebat re
uerentiam exhibere. Vidēs aūt beat⁹ Gre-
goꝛi⁹ q̄ ſe in terrā voluit pꝛoijcere feſtinauit
Et p̄mo corā ipo ſe in terram pꝛoſtrauit. nec
ſurgere voluit q̄uſq̄ȝ pꝛimo abbas ſurgeret.
Qꝛ legerat illud ſapientis. Rectoꝛem poſue
runt te noli te extollere. eſto ipis q̄ſi vnus ex
illis. curam illoꝝ habe. Ecc̄i. xxxij. Quarto
apparuit eius hūilitas in eius doctrina. qꝛ ī
libꝛis ſuis in quibus habeť clariſſima doctri
na dū adhuc viueret ob nimiā humilitatem
publicari noluit. ⁊ in alioꝛum comparatione
ſuos nihil valere eſtimabat. Jdeo pꝛefecto
Jnnocētio affrice q̄ rogauit ipſum p expoſi-
tione bti Job ſic ſcribit. Ex expoſitioneȝ ſan-
cti Job vobis tranſmitti petiſtis veſtro ſtu-
dio ꝯgaudem⁹. Sȝ ſi delitioſo cupitis pabu
lo ſaginari beati Auguſtini ꝯpatriote veſtri
opuſcula legite. ⁊ ad ꝯparationē illius ſiligi
nis noſtrum furfur nō queratis. neq̄ȝ eni vo
lo quādiu in hac carne ſum. ſiqua me contin
gat dixiſſe ea facere hominib⁹ innoteſci. Sȝ
iam illa humilitas rara heu eſt in pꝛelatl. naȝ
ipi in verbis pompoſis ſe extollunt arrogan
ter. Recte eni ſicut fecit adonias q̄ dixit ego
regnabo p⁹ moꝛtē Dauid. vt pȝ. iij. Regum
j. Nec tamen regnauit quia a Salomone oc
ciſus fuit. iij. Regl. ij. Jta etiā legiť Mach.
xv. de Nichanoꝛe. ad queȝ dixerunt Judei

deus potens in celo ē q̄ iuſſit ſeptimū diē ce/
lebrare. Ille rn̄dit ſuꝑbe. ⁊ ego potēs ſum in
terra qui iubeo ſumi arma. Sꝫ pꝰ fuit cū ex=
ercitu infelix interfectꝰ Alij etiā ſūt q̄ eſtimāt
ſe nō peccaſſe dicētes illō Job. xvij. Nō pec
caui cuꝫ tn̄ ſine pctō nullus viuit nec infans
vnius diei vt ait Amb. in li. j. officioꝝ. Jdo
cū phariſeo q̄ ſe iuſtificauit Lu. xviij. dicunt
nō ſū ſicut ceteri hoim. ⁊ ſic manēt i peccatis
Alij aūt ſunt q̄ nūꝗ in ſignis audiūt hūilita
tē. ſtant eni in eccl'ijs ſic̄ fuſtes erecti. nec ge=
nuflecterēt cū nomē ieſu noiare audiūt. Et
tn̄ p̄cipiꝭ ꝺ emunitꝭ. eccl'. li. vj. c. decet domū
dei ſanctitudo ꝑ Greg. ꝙ ieſus xp̄s dū i miſ=
ſa noiaꝭ debēt oēs hoies genuflectere preci/
pue tn̄ corde qꝺ debēt capitꝭ humili inclinati
one teſtari. ⁊ hꝫ q̄ ad primū. ¶ Quantū ad
ſcōm ē notandū ſm Iſi. li. xij. Canis eſt aial
multū vigil. qꝛ cū magna diligētia gregē cu=
ſtodit dn̄i ſui circūiens domū ⁊ expellēs lu=
pos ⁊ alia aialia que nō ſunt domini. Eſt eti
am canis vt dicit Pli. in ſpe. na. li. xiij. c. xlj.
aial vigens memoria qꝛ itinera ꝗuis longa
ad memoriā reducit. ⁊ amiſſis dn̄is ad ipoꝝ
domicilia ſolus ꝑ longa terraꝝ ſpacia redire
ꝯſueuit. Idē refert ꝙ ē aial valde fidele dn̄o
ſuo. Sic̄ ꝓbat de cane titici ſabini q̄ dn̄m ſu=
um nec in carcere nec in morte reliq̄t. ſed me
ſtus edēs ⁊ vlulās cum mortuo manſit. Cui
cū q̄dā cibū ad os ꝓieciſſet. ad os defuncti ci
buꝫ tulit. et cadauer in tiberi ꝓiectū vt corpꝰ
ſuſtētaret ſaliēs in fluuiū inundauit. Sic mo
re illiꝰ aialis. b. Greg. fuit valde vigilās. Jō
Greg. in nr̄a lingua vigilās ſonat. qꝛ vigila
uit ſibi deo ⁊ gregi. Sibi ꝑ mundicie ꝯſerua
tionē. ita vt dicē poſſet cū Job. xxxiij. Mū
dus ſū ego ⁊ abſq̄ delicto imaculatꝰ. ⁊ iniq̄=
tas nō eſt in me. Deo vigilauit ꝑ internā cō=
tēplationē. iō cū electꝰ eēt in papā ⁊ nō poſſꝫ
inſiſtere cōtēplatiōi. ſic̄ prius multū hoc de/
plāxit vt ſcribit in prologo ſuꝑ dialogum di
cēs. Ex occaſione cure paſtoralis animꝰ meꝰ
ſeculariū hoim negocio patiꝭ. Et pꝰ tā quie
tis ſue ſpēm terrene actus polluere fedaꝭ. ꝑ=
pendo itaq̄ qꝺ tollero. ꝑpēdo qꝺ amiſi. dū=
q̄ intueor id qꝺ ꝑdidi ſit leue. hoc grauiꝰ qꝺ
porto. Ecce cū nūc magni maris fluctibꝰ q̄ti
or atq̄ in naui mētis tēpeſtatis valde ꝓcellꝭ
illidor. et cū ꝓ̇oris vite recolo q̄ſi poſt terguꝫ
ductis oculis viſo litore ſuſpiro. Tertio gre
gi ſuo vigilauit ꝑ aſſiduā p̄dicationē. Ita vt
dicere poſſit cū pſ̄. lxviij. Laboraui clamās
rauce facte ſunt fauces mee. ſ. p̄dicando. Si
milaꝭ igiꝭ. b. Greg. vigili gruū. De q̄ refert
Are. li. viij. aialium. Qui diligenti cuſtodia
vigilat ſuꝑ gregē dormientē. Stat eni ſuper
vno pede directe ⁊ aliū eleuat in altū in quo
tenet lapidem vt ſi ex caſu ipm̄ dormire con=
tingeret per caſum lapidis ſe iterato excita=
ret. Et ſi aliq̄d aduerſū audierit incipit cla=
mare vt alij grues excitenꝭ. ⁊ a ꝑiculis ꝯſer=
uenꝭ. Sic. b. Greg. diligenti cuſtodia ſuper
gregē dn̄icū vigilauit vt dicere poſſit cū. pſ̄
cj. Uigilaui ⁊ factꝰ ſum ſicut paſſer ſolitariꝰ
in tecto. Ipē eni ſtetit ſuꝑ vno pede tantum
quē tenuit in terra qn̄ cura paſtorali eccleſie
ſancte prouidebat. aliū aūt ſurſū leuauit cuꝫ
gloriam mundi nō curauit. Nullam eni affe=
ctionē habuit ad laudem humanā. Sicut pꝫ
in epiſtola ad Anaſtaſium patriarcham an=
tiochenum qui euꝫ in ſuis epiſtolis laudauit
vocans eū os domini ⁊ lucernā mundi. Cui
reſcribens ait. quid me os dn̄i. q̄d me lucer=
nā dicis. ꝙ loquēdo ml'tis prodeſſe multiſq̄
poſſe lucere ꝓhibitis eſtimatione mea mihi
fateor in dubitationē maximā mihi ꝑduxi=
ſtis. Cōſidero nāq̄ qui ſum ⁊ nihil in me ex
his boni ſigno deꝓhendo. Cōſidero ⁊ q̄ eſtꝭ
vos ⁊ mētiri poſſe ne arbitror. Cū aūt crede
re volo qꝺ dicitꝭ contradicit mihi infirmitas
mea. cū diſputare volo qꝺ i laude mea ꝯtra
dicit mihi ſanctitas vr̄a. Sed q̄ſo vir ſcē vo=
bis de hꝫ aliq̄d ꝺ certamie vr̄o ꝯueīat vt ſi nō
qꝺ dicitis ita ē. ſit ita qꝛ dicitis. Hec ille Ipē
etiā p̄monuit gregē ſuū clamando ſicut ꝑ ſe
teſtatur in Omelia de decem virginibus di/
cēs. Sepe vos fratres chariſſimi ammoneo
praua opera fugere. mundi huius inquina=
menta deuitare. Sed hac lectione ꝯpellor di
cere vt ea que agitis cū magna cautela tenea
tis. ⁊c̄. Sed quare ſic gregē ſuum fideliꝭ am=
monuit. Certe ideo qꝛ nouit ſcriptū. Ezech.
iij. ⁊. xxxiij. Filij hois ſpeculatorē dedi te do
mui iſrael. ⁊ audiens de ore meo annūciabis
eis. Qꝺ exponens illud Gregoriꝰ ait. Queꝫ
dominus ad predicandum mittit ſpeculato=
rem eſſe denunciat. Cui eni cura aliena com=
mittitur ſpeculator vocatur vt mōtis altitu=
dine ſedebit atq̄ vocabulū nominis ex ꝟtu/
te trahit actionis. Ipē quidē btūs Gregori
us fuit prudeus ⁊ fidelis domino ſuo Jeſu
chriſto q̄ cōſtituit eum ſuū vicariū vt ꝺ ipſo
exponi poſſit illud Matth. xxiiij. Fidelꝭ ſer=
uus ⁊ prudēs quē cōſtituit dominus ſuper
familiā ſuā vt det illis cibum iu tempore Jō
hodie ſecutꝰ ē dn̄m in gaudiuꝫ eternum. ſm
illud Matth. xxiiij. Euge. i. gaude ſue bōe
⁊ fidelis ſupra multa te ꝯſtituā intra i gaudi=
um dn̄i tui. Sꝫ prochdolor moderni prelati
nō ſic vigilant ſuper gregem. Sꝫ dormiunt

⁊ ceci ſunt nec pctā pploꝝ corrigūt. Jō pdi-
xit de ipis Eſa. lvij. Speculatores eius ceci
oēs neſcierūt ⁊ vniuerſi canes muti nō valē
tes latrare. Nō ſūt etiā fideles dn̄o ſuo Eſa.
j. Principes tui infideles ſocij fuꝝ ⁊ oēs dili
gūt mūera. Jō cū vigilanti Grego. ⁊ fideli i
gaudiū celi nō intrabūt. Sꝫ veriꝰ cū ceci du-
ctoribus in foueā eterne dānatiōis cadunt

¶ Sermo ſecundus de ſancto Gregorio

Quaſi luna ple-
na in diebus ſuis lucet. ⁊ q̄ſi ſol re-
fulgēs ſic ille refulſit i tēplo dei. Jta ſcribit
Ecci. l. ſm̄ Ptholomeū i almageſto li. iij. dꝛ
Stella igiꝛ vna ⁊ eadē exn̄s i varias appari
tiōes trāſmutaꝛ. qꝛ mane ē alba. in ſero ē ru-
bea. ⁊ h̄ pbat in luna q̄ albet in tpe matutino
⁊ rubet in noctis initio. ¶ Cuiꝰ rō ē qꝛ fri-
gus cauſat albedinē. in mane aūt ppter diu-
turnā abſentiā ſolis terra vehemētiꝰ infrigi-
daꝛ. iō tunc albeſcit ipſa luna. ſed in ſero to-
ta regio mūdi p diſcurſū ſolis ē vehementer
inflāmata ⁊ incenſa. Sꝫ qꝛ caloꝛ cauſat rube
dinem iō luna ſero rubeſcere eſtimaꝛ. Spūa
liter p ſtellā. b. Greg. h̄ intelligiꝛ ad pn̄s. qꝛ
dicit plato in phedrone. ſtella nocte illumiat
lumē diei adunat. friguſqꝫ mūdane regiōis
tpat. Sic. b. Greg. noctē ignorātie ⁊ pcti illu
ſtrauit. qꝛ tenebras vitioꝝ abſtulit. iō ꝯpaꝛ
ſtelle q̄ eſt in nebula. ſm̄ illō. Ecci. l. q̄ſi. ſ. ſtel
la fuit in medio nebule. i. prauitatis. qꝛ om̄s
hereticos ſua doctrina aurea ⁊ lucida confu
tauit. Jp̄e etiā adiuuit famulos dei. de q̄buſ
dicit dn̄s Matt. v. Vos eſtis lux mūdi. qꝛ
pprijs ſtipendijs eos aluit ſeu nutriuit. Jta
vt de ip̄o exponi pōt illud ps̄. xxxij. Eruit a
morte aīas eoꝝ alens eos i fame. Hec luci diſ
ſima ſtella. b. Greg. albꝰ fuit i mane iuuētutꝭ
puritate caſtitatis. qō tn̄ in alijs adoleſcenti-
bus heu valde raꝝ inueniꝛ. Qꝛ dꝛ i. c. oīs. xij
q. j. Oīs etas ab adoleſcētia ſua pna ē ad ma
lū. ⁊ h̄r originaliꝛ Geū. viij. Jdeo dꝛ de ipſo
Tob. iij. Mūdā ſeruaui aīaꝫ meā ab oi con
cupiſcentia. Jn ſero aūt ſenectutꝭ fuit rubeꝰ
ex rubore charitatis. qꝛ plenus charitate ad
dn̄m migrauit. iō ꝯpaꝛ lune ⁊ ſoli in v̄bis p̄-
miſſis. Jn q̄bus a duobꝰ ꝯm ēdaꝛ. Primo a
ſtatu p̄latiōis. ibi. quaſi luna plena. Scd̄o a
ſtatu pfectionis. ibi. q̄ſi ſol refulgēs. De pri-
mo eſt ſciendū ſm̄ naturales. luna hꝫ pprie-
tates certas ppter q̄s. b. Greg. doctoꝛ h̄ lu-
ne cōpaꝛ. ¶ Primo qꝛ ē infimꝰ planetarū
Diſtinguit eni Ptolomeus in li. de iudicijs
aſtroꝝ ſic planetas. qꝫ ſupioꝛ ē ſaturnꝰ. Se-
cūdus iupiter. ⁊ h̄ iō. qꝛ ſaturnꝰ ē maliuolus
frigidus ⁊ ſiccꝰ. merito immediate ſeq̄ꝛ Ju-
piter q̄ ē beniuolus. calidꝰ ⁊ hūidꝰ. ⁊ ſua bo-
nitate maliciā caliditate frigiditatē ⁊ humi-
ditate ſiccitatē tēperat ſaturni. Tertiꝰ plane
ta ē Mars calidus ⁊ ſiccus. Quartꝰ ⁊ medi-
us ē ſol. Quintus ē venꝰ. Sextus mercuriꝰ
Sed vltimus ē luna q̄ſi humilimꝰ planetaꝝ
Et hoc h̄r in v̄ſu. Poſt ſim ſuꝫ. ſequiꝛ vltia
luna ſubeſt. ¶ Spūaliꝛ ſicut luna inꝛ oēs
planetas ē vltima. ita. b. Greg. inter quattu
oꝛ doctores Amb. Augꝭ. ⁊ Hiero. fuit nouiſ
ſimus. Sicut teſtatur Ecci. xxxiij. Ego no-
uiſſimus vigilaui ⁊ q̄ſi q̄ colligit racemos pꝰ
vindemiatores in bn̄dictōe dei. ⁊ q̄ſi q̄ vin-
demiat repleui torcular. Jp̄e eni nō fuit ſolū
vltimus in etate. veꝝ etiā in pfunda hūilita
te. qō pꝫ qn̄ electus fuit cōcordiꝛ ab om̄i po-
pulo in papā q̄ſi verus humilis fugit ⁊ ſe ab
ſcondit ne ad tantā dignitatē aſſumereꝛ. ſed
abſcondi non potuit. Jp̄e eni fuit illa gl'ioſa
ciuitas in qua ſpūſſanctus ſedule habitabat
de qua dicit ps̄. lxxxvj. Gl'ioſa dicta ſunt de
te ciuitas dei. ⁊ iā erat poſita ſupra montē ex
celſuꝫ papalis dignitatꝭ. iō occultari n̄ potu
it ſm̄ illō. Matt. v. Nō pōt abſcōdi ciuitas
ſu pmontē poſita. Jō. b. Greg. fuit lucerna
luci diſſima. Recte eni ſicut in lucerna ē oleū
⁊ lichnē. ſic in. b. Greg. fuit oleū h̄ ē gratia
ſpūſſancti ⁊ lichmen ſcē opatiōis. ⁊ ſic lucer
na ardet ⁊ lucet. ita ip̄e ardebat igne charita
tis. ⁊ lucebat doctrina ⁊ exēplo v̄itatꝭ. ita vt
de ip̄o dicaꝛ illud. Joh. v. Jlle erat lucerna
ardēs ⁊ lucēs. Hāc igiꝛ ſplēdiſſimā lucernaꝫ
accēdit gr̄a ſpūſſancti. iō nō potuit abſcōdi.
ſm̄ illud Lu. xj. Nēo lucernā accēdit ⁊ in ab
ſcōdito poit. ſꝫ ſupra cādelabꝝ vt q̄ igrediūꝛ
lumē videāt. Apocꝭ. j. Johes vidit ſeptē cā-
delabra aurea. de q̄bꝰ dixit angelꝰ. Cādela-
bra ſeptē ſūt ſeptē eccl'ie ſup vnū cādelabrū
poſitꝰ ē ſan. Gre. tanq̄ꝫ lucerna luioſa lꝫ ipſo
iuito. qꝛ h̄ ſepiꝰ deplāxit ſic ip̄e ſcribit i epl'a
ad patriciū dicēs. dū ꝯtēplatiōis alta deſcri
bitꝭ oēm aim meū renouatis. qꝛ audiui q̄d in
tus pdidi dū foris ad culmē regiminis ime-
ritꝰ aſcendi. tāto q̄ merore pcuſſū me cogſco
vt vix loq̄ poſſū. Jn alia aūt epl'a ſic ſcribit.
qꝫ me ad ep̄atꝰ ordinē cogſcitꝭ pueniſſe ſi me
diligitis plāgite qō ⁊ ego inceſſanꝛ defleo at
qꝫ vt deū p me exoretis rogo. q̄re āt. b. Gre.
tā iuitꝰ ad altitudinē aſcēdit. pn̄t rōnes dari
naturales. ¶ Refert Alexander ſup ꝑtiū
methe. q̄ alte nubes validiꝰ ſp igne fulmis
inflāmāꝛ. Alia cauſa. quia alte nubes vehe-
menꝛ frigide. ⁊ ſic ſunt intus magis flāmee.
Cū eni frigus intra nubes calorē repcutiat.

accidit vt ipaꝫ nubẽ vehemẽti⁹ validi⁹ qꝫ ac
cẽdat. Sic dic Auerrois ꝯmentatoꝛ A ſili al
ti hoies in gradu mũdani culmis atqꝫ digni-
tat cũ peccãt eſtuabũt validi⁹ igne eṫni ſup/
plicij ⁊ dolor ſm illõ ſapiẽt Sap̃. vj. Potẽ
tes potẽter toꝛmẽta patient. Cui ꝯſonat be.
Amb. in exame. Timẽdũ nãqꝫ ẽ ne foꝛte oĩs
q̇ in mũdo altus ſteterit igne gehenne eṫnali
ter eſtuabit. Et h ꝯſiderãs valde inuitus ad
culmẽ tante dignitatis aſcendit. Jdẽ legit d
quodã viro ſancto q̇ dict⁹ ẽ armeni⁹ in vitaſ
patrũ. li. j. qui fuit magne abſtinẽtie ⁊ caſti-
tatis intm vt cũ mẽbꝛa eius ad libidinẽ inci-
tarent ferrũ ignitũ apponens. carbonib⁹ do
loꝛẽ ⁊ deſideriũ ꝯpeſcebat. Et cũ in quadam
ciuitate ep̃s defunct⁹ eẽt ſuggeſſerũt quidã
archiep̃o Alexandrie q̄ eũ ep̃m oꝛdinaret.
Erat aũt perit⁹ in ſcia ſcripturaꝝ ⁊ ſermonũ
eloquẽtia. ad quos archiep̃s ait. Adducite
eũ vt oꝛdinet. prexerũt illi feſtinãtes cũ mul
titudine vt facili⁹ abſtraheret. Cũ vidiſſꝫ ſe
ꝑuentũ dep̃cat ⁊ cũ ſacramento affirmauit
nõ ſuſtinere oꝛdinem ep̃atus nec de heremo
egreſſuꝝ. Jllis aũt nõ credẽtibus ſꝫ aſtãtib⁹
coꝛã oĩ populo foꝛpicẽ accepit ⁊ aurẽ ſuã ra-
dicit⁹ abſcidit dicẽs. Nũc certe ſcitote q̄ im-
poſſibile ẽ me fieri ep̃m. qꝛ lex h ꝓhibet qd il
li videntes receſſerũt ⁊ archiep̃o dixerunt q̇
ait. Jſta lex apud iudeos ſuabat. Si aũt eũ
qui naſum abſciſum hꝫ adduxerit oꝛnatum
tñ moꝛib⁹ vt dign⁹ ſit ſacerdotio ipſũ oꝛdia-
bo. abeũtes illi iteꝝ eũ rogabãt. ip̃e aũt mira
bat dicẽs. Si me cogeritis etiã liuguam pꝛo
pter quã moleſti eſtis mihi abſcindã. tunc vi
dentes q̄ nihil ꝓficerẽt receſſerũt. Secundo
luna recipit lumẽ ſuũ a ſole. Jõ dicit Are. in
li elemẽtoꝝ. Luna ſemꝑ imediate illumina-
tur a ſole. et lumen receptũ reflectit in terrã.
Sic. b. Greg. Lumen ſue doctrine recepit a
ſpiritu ſancto q̇ ẽ ver⁹ ſol illuminãs oẽm ho-
minẽ venientẽ in hũc mũdũ Joh. j. Nã ſuuſ
diaconus Petr⁹ vidit multotiẽs ſp̃ũm ſan-
ctũ in ſpecie colũbe ſuꝑ eũ reſidere. Jõ legit
q̄ p⁹ moꝛtẽ eius q̇dã inuidi ceperũt detrahe
re. b. Gre. aſſerentes q̄ theſauꝝ eccl̃ie tanqꝫ
ꝓdigus cõſũmſiſſet. iõ ad hui⁹ vindictaꝫ ad
cõburendos libꝛos ſuos ceteroꝝ aĩos incli-
nauerũt. At illi cũ iã quoſdã ꝯbuſſiſſent. ⁊ ce
teros cõburere vellẽt. Dixit Petrus ad ei⁹
hoc delẽdã memoꝛiã nihil valere. imo inane
eſſet ſacrilegiũ tanti p̃ris tot ⁊ tales libꝛoſ ex
urere ſuꝑ cui⁹ caput ſp̃ũm ſanctũ in ſimilitu
dinẽ colũbe frequẽtiſſime cõſpexiſſet ⁊ cuꝫ h
tactu ſacroſancto euãgelio cõfirmaret. Et ſã
ctitati ſanct⁹ Grego. teſtimoniũ perhiberet
a doloꝛe moꝛtis extrane⁹ ſp̃ũm inter v̄ba ve
re cõfeſſionis efflauit. qꝛ ſp̃ũ ꝓphetico h ac-
cepit a ſancto Greg. qñ hoc de viſione ſp̃ũſ-
ſancti reuelaret. ip̃e d h mũdo migraret. qd
⁊ factũ ẽ. Ex quo pꝫ ſicut luna recipit a ſole
ita ⁊ ip̃e doctrinaꝝ claritatẽ a ſp̃ũ ſancto. Et
ſicut luna receptũ lumẽ nõ aput ſe retinet. ſꝫ
alijs ſtellis imꝑtitur ⁊ noctis tenebꝛas illu-
ſtrat. ſic. b. Grego. lumẽ doctrine ſue a ſpiri-
tuſancto receptũ alijs pꝛedicatoꝛib⁹ largiſſi
me impartitus ẽ. Sciuit eni ſcriptum. Eccl̃i.
xlj. Sapia abſcondita ⁊ theſaurus inuiſus
q̄ vtilitas in vtriſqꝫ. q. d. nulla. Et tenebras
ignoꝛantie a peccatoꝛib⁹ expulit ⁊ eos v̄bo
p̄dicatiõis cõuertit. Jõ dicit li. iij. dialogoꝝ
Maius miraculũ ẽ verbo p̄dicationis ⁊ ſo
latio orõnis pctõꝛem ꝯuertere qꝫ carnẽ moꝛ-
tuã ſuſcitare. ⁊ declarat. in illo inq̇t ſuſcitat
caro iteꝝ moꝛitura. in illo vero aĩa eternalit
victura. Tertio luna lumẽ ſuũ oĩbus aĩalib⁹
cõicat tã acutũ qꝫ debilẽ viſũ habentib⁹. qꝛ
videm⁹ q̄ noctua ⁊ bubo ⁊ nocticoꝛax q̇ aĩs
i die latẽt nõ potẽtes ferre ſolis claritateꝫ ꝓ
pter viſus debilitatẽ. i nocte luna ſplẽdente
hincide volãt ⁊ nutrimẽta q̇rũt Jta. b. Gre.
oĩbus cõicauit ſcie ſue lumẽ. ita vt dicẽ p̄t cũ
ap̃lo. j. Coꝝ. ix. Oĩb⁹ oĩa fact⁹ ſũ vt oẽs face
rẽ ſaluos. Jp̃e eni int ſapiẽtes ſapiẽs fuit ſꝫ
illõ Geñ. xl. Ligua ei⁹ int p̄ncipes loq̇bat ſa
piẽtiã. Sꝫ i iꝑfect lac leuioꝛ doctrine ꝓpina
uit. qꝛ tales nõ pñt ꝓficere i claritatẽ ꝓfũda
rũ ſcripturaꝝ. ⁊ h q̇ ad p̄mũ. ¶ Quãtũ ad
ſecũdũ cõmendat. b. Greg. a ſtatu perfectio
nis cum ſubdit. ⁊ quaſi ſol refulgens. Vbi ẽ
ſciendũ. Sol ſm naturales habet virtutẽ du
cere ⁊ ex terra omnia terre creſcẽtia q̇ tñ ſole
nõn exiſtente manent infra terrã. Jdeo dic
Are. ij. de generatiõe motus ſolis i obliquo
circulo eſt cauſa generatiõis ⁊ coꝛruptionis
qꝛ ſole recedẽte a nobis terre creſcentia mar
ceſcũt. accedẽte vero reuiuiſcũt ⁊ de terra ꝓ
deunt. hoc ẽ veꝝ ſi pluuia ſolem adiuuerit.
⁊ terram irrigauerit. tunc eni omnia grami/
na ⁊ herbe de terra educunt. Jta. b. Greg⁹.
q̇ hic ſoli cõꝑatur habuit virtutẽ aĩas de ter
ra p̄cib⁹ ſuis educere vt pꝫ de aĩa traiani im-
ꝑatoꝛis quã etiã de inferioꝛibus ꝑtib⁹ terre
eduxit cõcurrente pluuia lachꝛymaꝝ. Sicut
de hoc dicit damaſcenus de traiano orẽm fũ
dens audiuit vocẽ diuinitus ſibi illatã. vocẽ
tuã audiui ⁊ troiano veniã do cui⁹ rei teſtis
oꝛiens ⁊ occidẽs oĩs. Sed q̇d mouit beatum
Grego. vt ꝓ homine gentili ⁊ dãnato tã fer
uide exoꝛauit fundẽs indeſinent lachꝛymaꝝ
pluuias. Ad hoc ſciendũ q̄ quidã filius tra-

tani quadā vice ꝑ vrbē romanā nimis laſci=
ue equitādo filiū cuiuſdaꝫ vidue interemit.
Cū aūt traianꝰ ad quoddā bellū feſtinaret. ⁊
vidua fiducia occurrit flebilit̄ dicēs. Obſe/
cro vt ſanguinē filij mei innocēt̄ digner̄ vin=
dicare. Cui ipatoꝛ ſi ſanus reuertar tibi vin=
dicabo. ait vidua. Et ꝗs mihi h̄ fecerit ſi i p̄
lio moꝛtuꝰ fueris. ⁊ traianus. Ille ꝗ pꝰ me im
pabit. ad quē. Et tibi ꝗd ꝓderit ſi alter mihi
iuſticiā fecerit. Cui traianꝰ. vtiqꝫ nihil. et vi=
dua. nōne tibi melius ē vt iuſticiā mihi faci
as ⁊ ꝓ hoc mercedē capias ꝙ̄ alij reſerues.
Tunc impatoꝛ pietate motꝰ de eq̄ deſcēdit ⁊
ibidē innocētis ſanguinē vindicauit. Naꝫ fi
lium ſuū qui fecerat vidue tradidit. ⁊ eā ma=
gnifice dotauit. Sꝫ qꝛ dicit ſapiēs Prou. xj.
Juſticia rectoꝝ liberabit eos. Et Prou. xv
Eleuat egentē iuſticia. Jdcirco dū quadam
vice diu poſt moꝛtē traiani per foꝛū Grego.
tranſiret ⁊ iudicis huius manſuetudinem ⁊
iuſticiā recoꝛdatꝰ fuiſſet. ad ſancti petri baſi=
licā peruenit ⁊ fleuit. Tūc ſibi diuinitꝰ rn̄ſuꝫ
ē. Ecce petitionē tuā cōpleui ⁊ traiano penā
eternā peperci. de cetero aūt diligentiſſime
caueas. ne ꝓ dānato aliq̄ p̄ces fūdas. Et ad
didit angelꝰ. Qꝛ pro damnato rogaſti duo/
rū dat̄ tibi optio. aut in purgatoꝛio duobus
diebus cruciaberis aut certe toto tēpoꝛe vite
tue infirmitatibꝰ ⁊ doloꝛibꝰ fatigaber̄. Sed
potius ip̄e toto tēpoꝛe vite ſue doloꝛibꝰ ele/
git cōcuti. ꝙ̄ duobus diebus in purgatoꝛio
cruciari. iō ſemꝑ deinceps a febꝛibus aut po
dagre moleſtia pꝛeſſus fuit. aut varijs dolo=
ribus cōquaſſatꝰ aut doloꝛibꝰ ſtomachi mi=
ſerabiliter cruciatꝰ. Et hoc teſtatus fuit in q̄
dā epiſtola dicens. Podagre tant̄ moleſtia
rū doloꝛibus p̄moꝛ vt vita mea mihi grauiſ
ſima pena ſit. quotidie eni doloꝛe deficio. et
martyris remedio expectādo ſuſpiro Et dic̄
Johes diaconꝰ qui legendā ſci Gregoꝛij cō=
pilauit. ꝙ btūs Greg. nō legit̄ ꝓ aīa traiani
oꝛaſſe. ſed fleuiſſe. Et frequēs deꝰ miſericoꝛ=
diter cōcedit ꝙ hō ꝗuis deſiderās petē non
p̄ſumit ꝙ aīa eiꝰ ē ſit̄ ab inferni cruciatibus
liberata. nec ē contra illud qđ canit eccleſia.
Jn inferno nulla ē redēptio. Qꝛ dicūt docto
res ꝙ potentia dei eſt duplex. Una abſoluta
i. libera. Alia oꝛdinata. Fm primā liberatꝰ eſt
traianus. Secūdo ſol habet virtutem aīalia
repellendi. Quia ſm natur ales venienti ſo=
le immūda aīalia fugiunt. ⁊ ſuas cauernas
querunt ſicut aranee ⁊ baſiliſcus. ⁊ draco ꝗ=
rum venenum ꝯtrariat̄ caliditati ſolis. Jdo
dixit pſ̄. ciij. Oꝛtus ē ſol ⁊ cōgregati ſunt ſcꝫ
talia animalia venenoſa. ⁊ in cubilibus ſuis

collocabuntur. Jta in ſimili beatꝰ Greg. ha
bet virtutē hereticos malos ⁊ imundos ex=
pellendi quos ſua ſalutifera doctrina confu
tauit ⁊ fugauit. ⁊ p̄ncipalit̄ cū panē xp̄i i foꝛ
mā digiti cruentati cōmutauit. Erroꝛē muli
eris incredule ꝓpulſauit. refert. b. Joh. dya
conus ꝙ matrona quedā ſingulis diebꝰ dn̄i
cis p̄btō Greg. panes offerebat. Cui pꝰ miſſa=
rum ſolennia cū coꝛpꝰ offerret ⁊ diceret. coꝛ=
pus dn̄i noſtri ieſu xp̄i cuſtodiat te in vitam
eternam laſciua ſubriſit. Jlle aūt ꝯtinuo ma
num retrahēs dominici coꝛpoꝛis ptē ſuꝑ al/
tare depoſuit ⁊ coꝛā populo matronā inter=
rogauit. quāobcauſaꝫ p̄ſūpſiſſet ridere. Ait
illa. Quia panē illū quē pꝛoprijs manibꝰ fe=
ci. tu coꝛpus domini appellas. Tunc pꝛo in=
credulitate mulieris in oꝛationeꝫ pꝛoſtrauit
ſe ⁊ ſurgēs particulā illaꝫ panis ad inſtar di
giti reperit. ⁊ ſic matronā ad fidem reduxit.
Jtē oꝛauit ⁊ carnem in panem conuerſam vi
dit quē matrone donauit. Et beatus Greg.
non ſolum hereticos fugauit. ſed etiā demo
nes quos de ſuis famulis repulit ſicut idem
Johannes narrat ſibi ꝯtigiſſe. hic cum vitā
beati Greg. ſcriberet. ⁊ apud lucernā paulu
lum doꝛmitaret vt ſibi videbat̄ quidā vir ſa
cerdotaliter inſignitus ei aſtitit qui pꝛopius
accedens inflatis buccis riſum ꝯtinere non
potuit. Cunqꝫ Johannes eū quereret. Cur
vir grauioꝛis officij ſic diſſolute rideret ait.
Quia tu ſcribis de moꝛtuis ꝗs viuētes nun
ꝙ̄ vidiſti. Cui ille. Et ſi illū nō noueri facie.
tn̄ de illo ſcribo que didici lectione. Ait ille.
Tu vt video ſicut voluiſti feciſti. Et ego q̄
facere potero nō ceſſabo. Moxqꝫ illi lumen
extinxit ⁊ adeo ipſum vehementer clamans
exterruit vt putaret ſe ab illo gladio iugula
tum. mox Greg. affuit comitante ſecum dex
troꝛſum. b. Nico. ſiniſtroꝛſum bea. Pe. dya
cono eiqꝫ dixit. Modice fidei cur dubitaſti.
Cunqꝫ poſt coꝛtinā lecti aduerſariꝰ latitaret
Greg. ex manu Petri. magnā facē exurens
eum ad inſtar ethiopis denigrauit. quedam
autē ſcintilla ꝑuiſſima cadēs in eius veſtem
candidā. ipō dicto citiꝰ ꝯfragauit. ⁊ ſic niger
rimus totus apparuit. Dixitqꝫ Petrꝰ beato
Gregoꝛio i. ſatis denigrauimꝰ illū. Cui Gre=
goꝛius. Nos illum non denigrauimus. ſed
nigrum fuiſſe demonſtrauimꝰ Et ſic ibi mul
to relicto luīe abierūt. Jdeo dictum eſt đ eo
quaſi ſol refulgēs. ⁊ hoc quantū ad ſecūdū.

¶ Sermo pꝛimus de annunciatione dn̄ica.

R Oꝛate celi de=

ſuꝑ ⁊ nubes pluāt iuſtū aperiat̃ t̃ra ⁊ germi
minet ſaluatorē. Eſa. xlv. A Naturalr̃ vi
demꝰ q̄n venit tp̄s veris qđ ē letitie ⁊ amoꝝ
incitamētū triſticie ⁊ meroris repulſiuū. pra
ta germinare incipiūt ⁊ flores amenitatꝭ in ſe
ꝯcipiūt q̄ hoīes letificāt recreāt mirabilit̃ꝙ
delectāt. ita ꝙ oē tp̄s anni nō ē tā delectabi=
le ſicut tp̄s veris. Jdcirco ſumope ab hoīb'
deſiderat̃. maxie aūt ab infirmis. qꝛ ē minus
mortifeꝝ aut infirmū. Sꝫ ē ſuauiſſimū i ſuis
q̄litatibus ſūme tpatū vt dicit ꝯſtātinꝰ. li. v.
c. iij. B Myſtice ꝑ tp̄s veris itelligit̃ tp̄s
gratioſū i q̄ deꝰ pr̄ ſuū filiū mundo reſerauit.
ſm̄ illud Ap̄li ad Gal. iiij. Ubi venit pleni=
tudo tp̄is miſit deꝰ filiū ſuū factū ex muliere
⁊c̃. Et illud tp̄s fuit īpulſiuū letitie ſm̄ illud
Zach. ij. Letare filia ſion qꝛ ecce venio ⁊ ha=
bito i medio tui. Sꝫ ꝑ pratū iocūdiſſima vir
go maria deſignat̃ qꝛ fuit ornata mlt̃iplicibꝰ
floribꝰ. ruta caſtitatꝭ. roſa puritatꝭ. yſopo hu
militatꝭ. Et dicit ſic Pe. de creſcen. li. vij. c. j
Prata iō ſūt creata vt terra q̄ priꝰ erat nuda
floribꝰ veſtiret̃ ⁊ ornaret̃. Et etiā ꝓpt̃ aīa=
lia vt inde haberēt ſua alimēta. Jta hoc flori
dū pratū Maria decꝰ ꝟginū. Jō a deo crea
ta ē vt hoīes terreni q̄ erāt nudi a virtutibꝰ
ab ip̄a ornarent̃ ⁊ peccatores ab eius gratia
nutrirēt̃. qꝛ ꝓpter illos creata ē. Jdeo dicit
Anſ. in ſermone. x. ꝑ peccatoribꝰ dulciſſima
virgo mat̃ intercedere nūc nō ceſſas. quia ſi
nō eēnt nūꝙ eſſes. Jn iſto prato ameniſſimo
hodie ortꝰ ē xp̄s qui ſm̄ Bern̄. ē flos electꝰ
ex milibꝰ. Flos in quē deſiderāt angeli reſpi
cere. flos ad cuiꝰ odorē mortui reuiuiſcunt.
Flos inquā campi ⁊ liliū ꝯualliū. Can̄. ij. et
dꝛ flos cāpi qꝛ dicūt naturales ꝙ idē flos cā/
pi q̄n naſcit̃ terra nō aperit̃ ſic̃ in ortu alioꝝ
floꝝ. Sꝫ manet inuiolabilis. Jta in ſili nato
hodie xp̄o in vtero ꝟginali terra bn̄dicti eiꝰ
corporꝭ nō fuit apta ſic̃ figuratū fuit Ezech.
xliiij. Jn porta clauſa in quā igreſſus ē dn̄s
deus iſrl̃ ip̄a inuiolata ꝑmanēte. Jō canitur
poſt ꝑtū ꝟgo inuiolata ꝑmanſiſti. Jſte igit̃
flos xp̄s fideles cūctos creauit ⁊ letificauit.
ſm̄ illđ pſ̄. xlij. Jntroibo ad deuꝫ q̄ letificat
iuuētutē meā. Jdcirco dies ille hodiernꝰ i q̄
ortus ē xp̄s filiꝰ dei in prato virginalis vteri
decēter exornati ab hoībus antiq̄ teſtamēti
ē deſiderant̃ expectatꝰ ⁊ optatꝰ vt in ſuis in=
firmitatibꝰ recrearent̃. iō petiert̃. Rorate ce
li deſuꝑ ⁊ nubes. ⁊c̃. Jn q̄bus ꝟbis tria pe=
tunt ſancti patres. Primū miniſteriū dn̄ice
incarnationis ibi. Rorate celi deſuꝑ. Scđo
angelice ſalutationis. ibi. ⁊ nubes pluant iu
ſtū. Tertio aſſenſū ꝟginee deuotōis. ibi api
atur terra ⁊ germinet. Primo ē notanduꝫ ꝙ
cōmentator Auerrois in li. de ipreſſionibus
aeris. Sic inquit. Cū ros ceciderit die illo ꝑ
ſto ſerenitas erit. Cuiꝰ rō ē. qꝛ ꝑ deſcenſuꝫ ro
ris regio aeris expurgat̃ q̄ purgata ſereni=
tas comitat̃. A Sp̄ūalit̃ ꝑ rorē xp̄s filius
dei ſubaudiat̃ ꝓpt̃ multas cauſas. Prio di=
cit themiſtiꝰ in ſumma naturaliū entiū. ꝓpri
um ē roiri ⁊ pruine nō in die deſcēdere. Sꝫ i
nocte aut tp̄e matutino ſm̄ Hugo i didaſco
xliiij. ⁊ rōnem aſſignat dicēs. Ꝙ diurnus ca=
lor aut ſiccitas extenuat ip̄m rorē etiā vapor
aeris de q̄ ros generat̃ in die ꝟtute ſolis au=
gmētat̃ ⁊ deorſū deſtinat̃ Jta xp̄s filius dei
qui ē ros refrigerās aridas mētes noluit de=
ſcendere ad incarnādū in die eſtus pctōrum
in q̄ hoīes erāt mala ꝯcupia inflāmati ſm̄ il=
lud Gen̄. vj. Oīs q̄ppe caro corruperat viaꝫ
ſuā. Sꝫ q̄re noluit deſcēdere ſed ſuā incarna
tionē. v. milia annoꝝ. cc. minus vno ꝓtrahe
re. Certe iō qꝛ eſtus hoꝝ peccatoꝝ ⁊ p̄cipue
cōtra naturā. deſcenſum huiꝰ ſalutiferi roris
impediuit. Qđ teſtat̃ Augꝰ. Uidens deus
vitiū cōtra naturā in humana natura fieri di
ſtulit incarnari. Sed inualeſcēte nocte tribu
lationis deſcendit humanatꝰ. vel ad litterā
chriſtus nō deſcendit in die. Sed i nocte ſm̄
illud. Sap̄. xviij. Cū quietū ſilētiū tenerent
omnia ⁊ nox in ſuo curſu mediū iter haberet
omp̄s ſermo tuꝰ dn̄e a regalibꝰ ſedibꝰ venit
D Qꝛ dicūt doctores ꝙ angelꝰ gabriel miſ
ſus fuit a deo ad virginē ſalutandā ſole occi
dente. Et h̄ deſignās eccl̃ia illo tp̄e cāpanaꝫ
ter pulſare ꝯſueuit. Jn ſignū ꝙ angelus tūc
aduenit ⁊ chriſti incarnationē virgini annū
ciauit. Et ſalutationē premiſit dicens. Aue
gr̄a plena dn̄s tecū. Jō nunc in bonā conſue
tudinē inoleuit. ꝙ q̄libet xp̄ianꝰ audiēs hūc
pulſum genua flectit. ⁊ ſalutationē dicit an=
gelicā. qꝛ ab antiquo hoc tentū ē. Refert̃ eni
in li. triū reguꝫ. Ꝙ Helena deuota regina ve
niēs nazareth pulcerrimā eccleſiā nazareth
fabricauit. Jn qua quidē a dextris ꝓpe cho
rum in camera in q̄ beata virgo ſe incluſit in
qua angelus dn̄i conceptum ſaluatoris no=
ſtri p̄dixit. Jn iſta camera fuit columna lapi
dea circa quā angelꝰ ſterit ⁊ ſuam imaginem
ſicut cere eidem ſigillo imp̄ſſit. Jn qua etiaꝫ
columna diei annūciatiōis ſignuꝫ ꝑmanſit.
qđ cū ſol ante occaſum tāgeret tūc hora fuit
q̄n angelꝰ dn̄i Mariā ſalutauit. ⁊ dn̄i conce
ptū annūciauit. Et tēporibus xp̄ianoꝝ fue=
rūt certi miniſtri deputati in hac capella qui
vidētes ꝙ ſol tāgeret h̄ ſignū in capella cāpa
nā trahebāt qđ audientes hoīes deuote ge=

nuflectebāt. ⁊ aue maria dicebant. Et ꝑ h̄ de
notātes ꝙ āgel⁹ eo tpe veniēs ad v̄ginē duo
te ſibi genua flexit. Et tāq̄ȝ future ⁊ electe ip
atrici celoꝝ honorē debitū exhibuit dicens.
Aue maria gr̄a plena. Sȝ cū v̄go q̄ſi verecū
da ſmonē audiſſet angeli. Turbata ē i ſmo-
ne ei⁹. angel⁹ aūt ꝯſolabat̄ ipam dicens. Ne
timeas maria. Dicit eni Petr⁹ ꝙ angel⁹ non
venit blandus in ſpē. Sȝ terribilis i ſmone.
Jō turbata fuit. Sciebat etiaȝ vt ait Bern̄.
ſupmiſſus ē prudens virgo ꝙ ſepe angelus
ſathane tranſfigurat ſe in angelū luci. Jō co
gitabat qualis eēt iſta ſalutatio. Tūc angel⁹
intuit⁹ virginē ⁊ varias ſecū cogitatiōes vo
luere facilime depͤhendēs pauidā conſolat̄.
cōfortat dubiā ac vocās ex noīe benigne. ne
timeat pſuadet. Ne timeas Maria inueni-
ſti gr̄aȝ apud dn̄m. q. d. ſm Bern̄. vbi ſupra
O ſi ſcires q̄tū tua hūilitas placeret altiſſi/
mo. q̄tuȝ tua apud ipm ſublimitas maneat
angelico te indignā nec alloq̄o iudicareſ nec
obſeq̄o. Nā apud deū inueniſti ꝙ nemo apd
te inuenire poterit. Et h̄ ſit tibi ſignuȝ. Ecce
ꝯcipies ⁊ paries filiū ⁊ vocabis nomē ei⁹ ie-
ſum. i. ſaluatorē q̄ ſaluuȝ faciet ppl'm ſuum a
peccatis eoꝝ. Mat. j. Hic erit magnus. q. d.
hic ē ille q̄ eſt magnus de⁹ futur⁹ q̄ ē magn⁹
hō magn⁹ doctor ⁊ magn⁹ ꝓpheta ⁊ v̄e ma/
gnus. qꝛ fili⁹ altiſſimi merebitur vocari. Hec
Bern̄. Tunc ait Maria Quō fiet iſtud qm̄
viꝝ nō cognoſco. i. a me cognitum propono.
Qꝛ dꝛ in cano. Sufficiat. v̄. Cū ergo. xxvij.
q. ij. ex Maria vouerat virginē ſe ꝑmāſurā
mente ⁊ corpe. niſi de⁹ ſibi alit̄ reuelaret. Jō
voluit ſcire modū ꝯcipiēdi an deberet ꝯcipe
mō nat̄ali aut ſpūali aut mirabili Angel⁹ āt
modum expoſuit dicēs. Spiritusſanctus ſu
perueniet in te. ⁊ ſic per longū ꝓceſſū moduȝ
conceptionis explanauit. Et ē pie credendū
ꝙ dulcia colloquia diuti⁹ angel⁹ ſecū habu-
it q̄ tamen euāgeliſta ſcribere ꝑtermiſit. Jō
dicit Simon de caſſia. O ſi q̄s tunc pias au/
res ad cōclaue applicaſſet q̄ȝ dulcia colloq̄a
ab eiſdē audiuiſſet. qꝛ maria vere v̄go prudē
tiſſima ſciēs illud Ecci. xix. Qui cito credit
leuis ē corde. Jō nō ſtatiȝ ꝯſenſū prebuit ne
leuis cordis eē videret̄. ⁊ ſic tp̄s vſq̄ȝ fuit ꝓ
rogatū quouſq̄ȝ v̄go plenarit̄ inſtructa ani-
mū inclinaret. Scd̄o ros vernalis habȝ vir/
tutē vt legit̄ li. gēmaꝝ oſtreā impinguandi.
⁊ ē piſcis marin⁹ q̄ tpe vernali in nocte ꝯtra
rorē ſe aperit atq̄ȝ haurit qui hauſt⁹ reficit ipȝ
⁊ fecūdat ſimulq̄ȝ impinguat. Et ſic in interi
orib⁹ piſcis generat̄ gēma margarita. My-
ſtice ꝑ hāc oſtreā intelligo v̄ginē Mariam.

Recte eni ſicut oſtrea tegit̄. ſic maria fuit du
abus ornata v̄tutibus. Una fuit v̄ginitas.
Alia hūilitas. Ex v̄ginitate deo placuit. Ex
hūilitate ipȝ concipere meruit. De his dicit
Bern̄. ſupmiſſus ē. Et pulchra ꝑmixtio vir
ginitatis ⁊ humilitatis. nec mediocrit̄ placet
deo aīa illa i qua ē hūilitas q̄ ꝯmēdat v̄gini-
tatē. ⁊ virginitas exornat hūilitatē. Et ſub-
dit. Si. b. v̄go maria ex v̄ginitate deo placu
it tn̄ ex hūilitate ipm cōcepit. Jſtas igit̄ du/
as v̄tutes hodie btiſſima v̄go maria appe-
ruit ⁊ mediantib⁹ illis gr̄am celeſtis roris de ce
lo deſcendētē in ſe recepit. Jō dicit Bern̄. ſu
ꝑmiſſus ē. Uirgo regis v̄tutū gēmis orna-
ta decore ꝑfulgida ſpē ſua ⁊ pulchritudīe co
gnita in celeſtib⁹ celi oīm i ſe ꝓuocauit aſpe-
ctus ita vt regē oīm i ſui ꝯcupiſcētiā animuȝ
inclinaret. hec ille. Hec igit̄ gr̄a quā btā vir
go in ſe recepit nō fuit modica ſed maxima.
Sicut dicit Origi. ſup Can̄. Aue inq̄t ange-
lus gr̄a plena. Et bn̄ plena. quia ceteris ſan-
ctis per partes ꝑſtat̄ gr̄a. Marie v̄o ſe tota
gr̄e infudit plenitudo. Et ſic hodie in ſe con-
cepit chriſtū candidiſſimā margaritaȝ. qꝛ di/
cit Pe. comeſ. in ſcola. hiſto. Cum virgo de-
dit aſſenſum ad nunciationeȝ angeli dicens.
Ecce ancilla dn̄i. fiat mihi ſm verbum tuuȝ
Statim ex caſtiſſimis ⁊ puriſſimis ſanguini
bus in eo coopante ſpūſcō verbum caro fa-
ctum ē. i. chriſtus de virgine cōceptus ē ho-
mo plenus in anima ⁊ corpore. Jta tn̄ ꝙ line
amenta mēbroꝝ humanis viſibus diſcerni n̄
poterāt quo facto āgelus diſceſſit ab ea.

Et h̄ ſignat eccl'ia quādo mane pro pace
pulſare cōſueuit vt audientes hoīes cum ge
nuflexionib⁹ gr̄as agāt deo q̄ pro nobis di-
gnat⁹ ē hūilit̄ icarnari. Et ē notandū ſi deus
dȝ ꝯcipi ſpūalr̄ in mētib⁹ nr̄is. nccē ē vt puri
tatē mētiū ⁊ ꝑſerti hūilitatē habeam⁹. qꝛ dic̄
Greg. Audeo dicere ꝙ maria neq̄q̄ȝ deū cō/
cepiſſet niſi īfimā hūilitatē hūiſſet. Jō Ber.
ſupmiſſus ē ꝓponit nob v̄ginitatē marie ⁊
humilitatē ꝙ ſaltē in humilitate ipam imite-
mur dicēs. Audis v̄ginē audis ⁊ hūilē ſi nō
potes v̄ginitatē imitari hūilitatē v̄ginis ſal
tē ſeq̄re ⁊ laudabilis v̄tus v̄ginitas. q. d. illa
ſūme placet deo. ſȝ magis nccīa hūilitas. ſ. q̄ i
mente cōcipit deū. illa cōſulit̄ iſta ꝑcipit̄ ad
illā inuitaris. ad iſtā cogeris. De illa dꝛ q̄ ꝑt
cape capiat. De iſta dꝛ. niſi q̄s efficiat̄ q̄ſi ꝑ-
uul⁹ iſte n̄ itrabit i regnū celoꝝ. Jlla igit̄ re-
mūerat̄ iſta exigit̄ ſine q̄ nec d̄o marie v̄gitas
placuiſſȝ. Tertio ros gn̄at̄ i media regiōe ae
ris. qꝛ dic̄ Alb. i. iiij. ſue ſūme ꝙ tres ſūt regi
ones aeris. ſupma. media. ⁊ iſima. ⁊ iō in in-

feriori pte medie regiõis ros generaṫ. ꝛ hoc
hũore tpato calido ꝛ frigido ꝯgregato. Sic
myſtice tres inueniunṫ regiões. regio celeſtꝭ
de q̃ pſ̃. xxvj. Credo videre bona dñi i terra
viuẽtiũ. Secũda ẽ regio mũdi. Tertia eſt re
gio inferni. In ṗma regione nõ ẽ facta roꝛa=
tio. i. incarnatio. qꝛ xp̃s ꝓ ãgelis nõ ẽ hõ na=
tus neqꝫ eoꝝ naturã aſſũpſit. ſm illð apli ad
Heb. ij. Nuſq̃ꝫ angelos apphẽdit. Sꝫ ſemẽ
abꝛahe. Neqꝫ etiã in infima regiõe facta ẽ in
carnatio. qꝛ demones nõ redemit neqꝫ ꝓ illiſ
icarnat⁹ ẽ. Sic q̃dã errãtes dixerũt aſſerẽtes
ꝙ adhuc in aere ꝓ illis eẽt paſſur⁹ quẽ erro=
rẽ aſcribũt oꝛigeni vt dicit Bartho. brix. in
glo. ſup cano. xxiiij. q. ij. §. ſi forte. in glo. v̇.
Orige. Sꝫ ille erroꝛ ẽ repꝛobat⁹ ꝛ dãnat⁹. iõ
dicendũ ẽ ꝙ hodierna icarnatio ẽ facta i me=
dia regione. h̃ ẽ in mũdo q̃ ẽ in medio inṫ ce=
lum ꝛ infernũ. qꝛ ꝓ hoie eſt incarnatus. ſm
ꝙ teſtaṫ ſimbolũ Niceni. In q̃ caniṫ. Qui ꝓ
pter nos hoies ꝛ ꝓpter nr̃am ſalutẽ deſcẽdit
de celis ꝛ incarnat⁹ ẽ de ſpũ ſancto. Et hoc ẽ
ꝙ canit eccl'ia. Hec ẽ dies quã fecit dñs. Et
illa incarnatio facta ẽ ex calido charitatis ꝛ
frigido nr̃e miſerabilitatis q̃ mouerũt xp̃m
ꝙ hõ fieret. Primũ igiṫ fuit abũdantia cha
ritatꝭ. Iõ dicit apl's ad Ro. v. Cõmẽdat do
min⁹ charitatẽ ſuã in nobis. qꝛ cũ adhuc pec
catoꝛes eſſem⁹ ꝓ nobis moꝛtu⁹ ẽ. Ad idẽ eſt
illud Ioh. iij. Sic de⁹ dilexit mũdũ. vt vni=
genitũ. Sup q̃ dicit. b. Aug. Si de⁹ peccato
res nõ dilexiſſet ad eos liberãdũ nõ deſcen=
diſſet. Scd̃m fuit nr̃a miſeria. Illud dic̃ pſ̃.
xj. Propter miſeriã inopũ ꝛ gemitũ paupeꝝ
nunc exurgã. Quarto ros hꝫ fecũdare. Sic
pꝛobat mgr̃. li. xiij. ꝓpꝛietatũ de mõte modi
co hermõ qui ſitus ẽ circa ioꝛdanẽ ꝛ circa ca
cumẽ eius roꝛe ꝑfundiṫ copioſe. ꝛ iõ ex rorꝭ
influentia viroꝛe fecũdaṫ qua rõne fecundi/
tatꝭ. ibi aĩalia nutriebantur que debebant in
tẽplo imolari. Sic xp̃s per ſuã incarnatiõeꝫ
veniens in hunc mundũ coꝛda hominũ que
pꝛius erant arida. ſm illud pſ̃. xxj. Aruit tã
q̃ꝫ teſta virtus mea fecit in gr̃a germinare ſic̃
p̃dixit ꝑ ꝓphetam Ozee. xiiij. Ero q̃ſi ros ꝛ
iſrl' germinabit ſicut liliũ. ꝛ iſtũ roꝛẽ deſcen=
dere hodie ꝑmiſit de celeſti regione in vterũ
virginis pr̃ eternus. qui inde effluens ꝑ nati
uitatem totũ mũdũ irrigauit. Ita vt iam di
catur illud. Iuſtus germinabit ſic̃ liliũ ꝛ flo=
rebit in eternum ante dñm. Quinto ros ſm
Are. Aĩalia venenoſa hꝫ coercere qꝛ vim ve
neni in eis reṗmit ꝛ coartat ne tantũ ð nocte
q̃tũ de die ſe diffundat Iõ coꝝ venenũ non
tm̃ in nocte nocet ſicut i die, Serpẽtes etiã la

titantes inṫ herbas qui ſolẽt trãſeũtes ledẽ
q̃diu floꝛes ſũt in roꝛe vt dicit mgr̃ li. xj. pro
pꝛie. Iſta incarnatio coercuit adeo inferna=
lia aĩalia venenoſa ꝙ iã nõ pñt nocere ſic̃ pꝛi
us. Teſte Gregꝭ. i moꝛal'. Maligni ſpũs ad
nocendũ inceſſabiliṫ anhelãt ptãtem nocẽdi
tñ nõ habent niſi eos diuĩa volũtas ꝑmittat.
Ideo ſancti patres inceſſanṫ incarnationem
xp̃i petierũt vt in virtutib⁹ fecundarenṫ. ꝛ a
poteſtate demonis liberarenṫ. ꝛ hoc quo ad
ṗmũ. Quãtũ ad ſecũdũ ẽ ſciendũ ꝯſuetudo
ẽ in curijs regũ ſiue ṗncipum. Quãdo rex ſi=
bi aliquã virginẽ in ſponſã adoptauit ſolent
ſecretarij regis ip̃m ſepiſſime pꝛemonere vt
mittat nũcios ad virginẽ qui gl'iam ei⁹ ꝛ po
tentiã ei nũciant ꝛ virgineꝫ faciant ꝯſentire.
Myſtice xp̃s q̃ ẽ rex regũ ꝛ dñs dñantium
Apoc̃. xix. Et ṗnceps pacis. Eſa. x. Hic ab
eterno adoptauit ſibi v̇ginẽ Mariã ſm illð
Sap̃. viij. cũ dixit. Hãc aũt amaui ꝛ exq̃ſiui
eã mihi ſponſaꝫ ſumere ꝛ amatoꝛ factus ſuꝫ
foꝛme illius. Iõ hoc ſcientes ſecretarij eius
ſancti ꝓphete qui ſciuerũt ſecreta regis cele
ſtis ip̃m ſepi⁹ petierũt vt mitteret nũcios ad
hanc v̇ginẽ qui ip̃am ð ꝯſenſu ſollicitarent
Et hoꝝ p̃cipuus fuit Eſa. qui dicit nubes. i.
angeli qui tanq̃ꝫ nubes inter deum ꝛ hoiem
pluant renuncient. iuſtuꝫ. i. xp̃m. Quia ſm
pſ̃. cxviij. Iuſtus es ꝛ rectũ iudiciũ tuũ. Et
ſic multi alij ꝓphete ſancti diuti⁹ ip̃m monu
erũt ꝛ tandẽ p̃cib⁹ coꝝ aurẽ inclinans. voca
uit angelũ gebꝛieleꝫ vt ait Aug⁹ in ſermone
hodierno. Ueni gabꝛiel miniſter efficito ter=
ribilis ſacramẽti. ꝛ abſconditũ fecunda. i. di
uinũ miraculũ. ad p̃ces. n. Ade ꝛ alioꝝ i lim
bo a meis diſcedere cogoꝛ ſedib⁹. Illũ enim
quẽ ad imaginẽ meã creaui pctm̃ iueterauit
deſerta ẽ paradiſi poſſeſſio. miſereoꝛ errãti.
ꝛ apphẽdere cupio hoſtẽ. latere ãt volo oẽs
celeſtes v̇tutes. Et tibi ſolũ pandere ſecretũ
ad v̇ginẽ pergere mariã. vade ad animataꝫ
ciuitatẽ de q̃ dicebat ꝓpha. pſ̃. lxxxvj. Glo
rioſa dicta ſũt de te ciuitas. vade ad rõnaleꝫ
meã ꝑadiſũ. ꝑge ad oꝛiẽtalẽ ſplẽdidã poꝛtã
vade ꝛ nũcia ei mee potẽtie ymbꝛẽ. ꝑge ad p̃
paratũ mihi ſanctuariũ ad ſpõſã fidei incar=
nationis mee mundũ habitaculum ad thala
mũ natiuitatꝭ mee loq̃re in aures rõnales ar=
chana p̃para mihi introitũ. Sed ne contur/
bes aut exteres v̇gineũ aĩm ei dicito. Aue vt
ego miſerie ꝛ malignitati Eue ſuccurrã. hec
Aug. i ꝑſona xp̃i ¶ Ueniẽs igiṫ angel⁹ ad
v̇ginẽ nũciauit ei deſideriũ ꝛ volũtatẽ ſui re
gis ꝛ dñi. ad quẽ virgo vt ſcribit Oroſius.
ſup cãtica. Quis eſt dñs tuus. cui ille. Dñs

meus ē rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū. rex glorie et
ꝑnceps pacis. Et illa. eſt ne pulcher. Et ille
rn̄dit. Pulchritudinē ei⁹ ſol ꝛ luna mirātur.
Ipſe eni ē ſpecioſus forma p̄ filijs hoim. ipſe
ē in cui⁹ faciē angeli ꝓſpicere deſiderāt. Ad
quē virgo. Eſt ne potēs. Cui ille. Ptās ei⁹
vſqꝫ ad mare. ꝛ a flumine vſqꝫ ad terminos
orbis terraꝝ. Et illa. ē ne diues. ꝛ angel⁹ gl'a
ꝛ diuitie in domo ei⁹. Cui v̀go. honorat̄ mu
nerib⁹. et ille. Reges tharſis ꝛ inſule mune-
ra offerent. Reges arabū ꝛ ſaba dona addu
cēt. Ad quē iteꝝ. Que ē ſeruit⁹ eius. Rn̄dit
angel⁹. Oēs gētes ſeruiūt ei. Et illa. Que ē
laus ei⁹. Oēs inq̄t gentes magnificabūt eū.
Et Dauid dicit. Laudēt illū celi ꝛ t̄ra. His
auditis ait v̀go p̄bendo ꝯſenſum. veniet dn̄s
pſe. ꝛ oſculet̄ me oſculo oris ſui. veniat dile
ctus me⁹ in ortū ſuū. ꝛ comedat fruct⁹ pomo
rū ſuoꝝ. Tunc vt dicit in ſermone de aſſum-
ptione celeſtis nubes in vellus virgineū pla
cito infudit elapſu. tota diuinitatis vnda in
carne ſe cōtulit. quando verbū caro factū ē.
ac deinde per patibulū crucis expſſū oibus
pluuiā ſalutis effudit. ꝛ ſtillicidia gr̄e huma
nis mētibus p̄ſtitit. De hac pluuia predixit
Ezech. xxxiiij. Pluuie bn̄dictiōis erūt ꝛ da
bit lignū agri fructū ſuum. ꝛ terra dabit ger
Qui me iuenerit inueniet vitam. ⁊ hauriet ſalutem a domino. Eccī. xxiiij. Scribit Iſi. li. xvij. de quadam arbore que perſidēs dicit. ⁊ ē in india. ⁊ hec profert fructꝰ dulciſſimos. ad hāc volant colūbe. ⁊ de fructu eiꝰ comedūt ſero ⁊ mane. Draco autē qui eſt inimicus columbaꝝ naturales inſidias ponit eis. ⁊ cū ad arborē volant eas tranſglutit ⁊ occidit et comedit. Sed draco intantū timet arborem ꝙ nec vmbram audet attingere nec in ea latitare. Si aūt vmbra attendit ab oriente draco ad occidentē declinat ⁊ ecōtra. Et h̄ naturaliter ꝓpendētes colūbe ſemꝑ in vmbra arboris manēt. ⁊ ſic a dracone ſunt ſecure. Sꝫ qn̄ arborē dimittūt ⁊ vmbrā eiꝰ. ꝓtinꝰ deglutiūtur. Spūaliter ꝑ hāc arborē nobilē ſancta deſignat crux de qua dicit beatꝰ Gregꝰ. in hymno. Crux fidelis inter oīs ⁊c. Ipſa crux figurata ē ꝑ arborē quā vidit nabuchodonoſor Dañ. iiij. In medio terre cuiꝰ altitudo ad celū ꝑtingebat. ⁊ aſpectꝰ eius vſq̄ꝫ ad fines vniuerſe terre Folia eius pulcherrima fructuſq̄ꝫ eiꝰ nimis dulcꝭ. et eſca vniuerſorū in ea. ſubter eā habitabant beſtie ⁊ in ramis volucres celi cōuerſationem habebant. Sic ſancta crux erat plātata in medio terre ſm̄ illud pſ̄. lxxiij. Opatus ē ſalutē in medio tre. hoc ē in ſancta cruce. Altitudo eꝰ ꝑtingebat ad celū. q꞉ oēs iuſti ⁊ electi in protectiōe ſancte crucis aſcēdunt celos a demonibꝰ defenſati. aſpectus eiꝰ ad oēs terras. q꞉ oēs fideleſ habēt reſpectū ad ſanctā crucē cum ſint i aduerſitatibꝰ ꝯſtituti ⁊ nō ſolū fideles. ſed iterdū infideles. vt pꝫ infra de iudeo. In hac arbore ſancte crucis ē eſca omniū hoīum. Ibi peccatores habēt eſcaꝫ redēptionis. q꞉ in ea ſunt miſericorditer redēpti. Penitentes habent eſcā ſuppletionis. q꞉ qđ nō pōt penitēs ſuppleat amara paſſio dn̄i nr̄i ieſu xp̄i crucifixi. Ad hāc arborē ꝓcioſam volare debēt colūbe. i. deuote aīe. ſi volūt hr̄e vitā eternam Scđm ꝙ xp̄s ammonet Cañ. ij. Surge ꝓpera amica mea. columba mea. formoſa mea. ⁊ veni. Debentq̄ꝫ ſilꝛ veniētes in vmbra. i. in ꝓtectione illius ſedere ſicut fidelis hec anima que dicit Cañ. ij. Sub vmbra illius quā deſideraui ſedi ⁊ fructus illius dulcis gutturi meo. Sciebat eni deuota hec aīa. ꝙ ſub vmbra illius arboris ſancte crucis ſecura eſſet. q꞉ draco infernalis diabolus multū timet arborē ſancte crucis. ⁊ ſub vmbra eiꝰ nō audet apparere. timet eni baculū cū quo ē ꝑcuſſus ſm̄ illud Eſa. iij. Pauebit aſſur vꝫga ꝑcuſſuſ vbi ꝑ aſſur intelligit diabolus. Iđ dicit be. Augꝰ. in laude crucꝭ in ꝑ̄ncipio. o nomē crucis occultū myſteriū. In noīe enim crucꝭ pax dat. O crux q̄ hoīeꝫ deo iūxiſti. ⁊ a dn̄o diaboli ⁊ captiuitate magnifice ſegregaſti. et dira ſerpētꝭ venena ſalutari poculo ꝺpellis Ex quibꝰ v̄bis beati doctorꝭ apparet ꝙ arbor ſācte crucis defendit colūbas. i. deuotos hoīeſ a dracone infernali. Iđ volētes ēe ſecuri fugiant ad eā. Iđ đꝛ in verbis premiſſis. Qui me inuenerit inueniet vitā. In quibus duo deſcribunt. Prīo vtilitas crucꝭ opoſa. ibi. inueniet vitā. Secūdo illiꝰ inuentio g̃roſa. qui me inuenerit. Primo đꝛ ꝙ i his v̄bis deſcribit vtilitas crucꝭ ⁊ virtꝰ operoſa cū đꝛ. inueniet vitā ⁊ hauriet ſalutem a dn̄o vt ſit ordo tranſpoſitus. Circa qđ ē notanduꝫ ſm̄ doctores ſanctos quattuor inueniunt vtilitates ſancte crucis. Primo defendit a lupo infernali. Qđ probatur in naturalibꝰ quādo homo inſequit a lupo dꝫ ſe ad terraꝫ inclinare ⁊ facere crucē lupo vidēte. tunc lupus euꝫ fugit et amodo non inſequitur. q꞉ hoc facit timorem lupo ꝙ homo capit ⁊ parat rete ad capiendū. Spūaliter crux xp̄i eſt muſcipula diaboli ſiue rete. Teſte. b. Aug. Tetendit redemptor noſter diabolo crucis muſcipulā vbi poſuit quaſi eſcam corpus ⁊ ſanguinem. Iđo timet capi a cruce xp̄i ⁊ fugit. ⁊ g̃ ſi hō vult vt lupus infernalis ille ab eo fugiat inclinare debet ſe in terram humilitatis. ⁊ ſibi crucē dn̄i iꝑ̄rimere. ⁊ ſic ꝓculdubio oportet diabolū ab eo fugere. Q꞉ crux ꝑ citharā Dauid ē figurata. De qua legit. j. Regū xvj. Saul rex a ſpū malo vexabat. Dixerūt ad eū ſui ſui. ſpūs dei malus exagitat te. iđo iube querere virū ſcientē pſallere. ⁊ inuentꝰ ē Dauid q̄ cytharizabat ante Saul. ⁊ ſpūm malū effugabat. Spūaliter ille ſaul interꝑ̄tatur ſuperbus. ⁊ ſignificat peccatorem quem exagitat ſpiritus malus ſi vult ab eo liberari. querere debet Dauid q̄ iterꝑ̄tatur deſiderabilis. ⁊ ſignificat predicatorem. qui debet predicare coram eo in cythara. id eſt narrare vel tangere laudes crucis. vt ſic ſpiritꝰ malus effugetur. Ideo dicit beatus Auguſtinus in ſermone de laude crucis. Crux chriſti a nobis expellit exterminatorem. ſi tantum cor noſtrū habet deū inhabitatorē. Idcirco etiā docet nos papa Innocentius i ſua ſumma. ꝙ in inceptione cuiuſlibet operis.

Quatuor vtilitates ſancte crucis

Nota de lupo [illegible]

virtuoſi ne diabolus ĩpediat .pect⁹ ē ſignaculo ſancte crucis muniendū. Qꝛ dic̃ canon in c. Eccleſiaſticaꝝ. diſ. xj. Salubꝛe ē fidelibus ſignaculo crucis inſigniri ⁊ nō ſolū ē ſalubꝛe xp̃ianis ſed infidelibus ⁊ iudeis cruci xp̃i inimicis. ¶ Refert eni. b. Greg⁹. i dialogo Jude⁹ quidã iter faciens ⁊ ſole occidēte iuit ad quoddã tēplū appollinis vt quieſceret. ⁊ licet nihil virtutis crederet in cruce eē tamē moꝛe xp̃ianoꝝ ſe ſignauit ſigno cruci. Nocte igiꝭ media vigilãs vidit ſubito multitudinē magnã demonū venientiū ⁊ vnum ex eis q̃ſi pꝛelatū ceteris. Inter cetera aūt iq̃t. q̃ſnam eēt qui in illo angulo templi iacere pꝛeſumpſiſſet. Quē maligni ſpūs intuētes. ⁊ ſig̃ crucis ſignatū mirantes dixerūt. ve ve vas vacuū. ſ ſignatū. ⁊ ſic illa turba demonū diſparuit. Sc̄do crux xp̃i emollit dura qđ patet in natura. Dicit eni mgr̃ ꝓꝓꝛieta. li. xvij. ꝙ q̃dã ē arboꝛ dicta Aloe q̃ reperiꝭ in magno flumine babylonie q̃ cuidaꝫ iunguntꝭ fluuio paradiſi ⁊ a pluribꝰ crediꝭ ꝙ inter arboꝛes paradiſi oꝛiaꝭ. ⁊ caſu aliquo. vel impulſu inde deducta ſit. Et dꝛ a quibuſdã ꝙ habet virtutē mollificandi dura ⁊ facere ea fluida. Spiritualiter ꝑ hãc intellige crucē ſanctam. Hec eni ad inſtar huius ligni oꝛtū habuit đ paradiſo ꝙ angelus Zed dedit ramū vt plantarꝫ ſuꝑ p̃ris ſepulchꝛū. vt habeꝭ in legenda huius. ⁊ poſtea inuenta fuit in piſcina ꝓbatica. Ideo nūc habet virtutē dura coꝛda mollificare ⁊ ea fluida facere. Teſte Orig. quē non emollit ad fluendū peccamina dulci inuictiſſime crucis dñi memoꝛia. Et hoc figuratum ē in virga moyſi Numeri. xx. vbi legiꝭ Filij iſrael venerūt in deſertū Sin. vbi nō inuenerunt aquas. Veniētes igiꝭ aduerſus Moyſen ⁊ fratrē eius Aaron. ⁊ verſi in ſeditionē dixerūt. Cur induxiſtis nos i ſolitudineꝫ vt nos ⁊ iumēta moꝛiamur. qꝛ hic nō ē aqua ad bibendū. Qđ audientes Moyſes ⁊ Aaron in tabernaculo coꝛruerūt in terrã ſe ꝓſternētes ⁊ dicētes. Dñe de⁹ audi clamoꝛē populi hui⁹ ⁊ aperi ei theſaurū tuū fontē aque viue vt ſaciati ceſſet murmuratio. apparuitqꝫ dñi gl̃ia ſuꝑ eos. ⁊ dixit dñs ad Moyſen. tolle v̓gã ⁊ ꝯgrega ppl̓m tuū ⁊ Aaron ⁊ loq̃mini ad petrã coꝛã eis. ⁊ illa dabit aq̃s Cepit igiꝭ moyſes v̓gã q̃ erat in ꝯſpectu dñi ⁊ populo ꝯgregato ait. Audite icreduli ⁊ rebelles. nūquid aquã de petra poterimus vobis eijcere ⁊ eleuata manu ꝑcuſſit bis v̓ga ſilicē ⁊ fluxerūt aq̃ largiſſime vt filij iſrl̓ biberēt ⁊ iumēta F Spūaliꝭ ꝑ filios iſrl̓ rebelles intelliguntꝭ mali xp̃iani q̃ ſūt rebelles lumini Job. xxiiij

Iſti moꝛantꝭ in deſerto ſterilitatis carentes fructibꝰ virtuoſoꝝ opeꝝ. qꝛ nō habēt aquaꝫ charitatis. Ideo ſunt tanq̃ꝫ dura terra. ꝭm illud pš. cxlij. Anima mea ſicut terra ſine aq̃ Et vt verius dicã ꝭm Job xlj. Coꝛ eoꝝ indurabiꝭ q̃ſi lapis. Idcirco ſi debēt fieri molles opoꝛtet ꝙ moyſes. i. xp̃s ꝑcutiat v̓ga. i. ſancta cruce coꝛ durum vt ſic fiat fluidum in lachꝛymaꝝ effuſione. ⁊ hoc modo mollitū fuit coꝛ centurionis q̃ ſtetit circa crucē dñi. ⁊ videns ſigna q̃ fiebãt. ⁊ hi qui cū eo erãt dixerunt. Vere hic filius dei erat. ⁊ ꝑcutiebãt pectoꝛa ſua. Mat. xxvij. ⁊ Luc. xxiij. Tertio crux xp̃i dulcoꝛat aq̃s tribulationis qđ figuratū ē Exo. xv. vbi legiꝭ ꝙ filij venerūt i deſertū Hur. vbi aq̃ erant amariſſime vt eas bibere nō poſſent Jđ murmurauerꝭ ꝯtra moyſen dicētes. q̃d bibem⁹. Nam ſiti deficimus. Moyſes aūt oꝛauit ad dñm ⁊ ipe oñdit ei lignū qđ cū miſiſſet in aquas verſe ſūt in dulcedinē. Spūaliter ꝑ filios iſrl̓ hic intelligūꝭ xp̃iani q̃ hic ſūt in deſerto huius mūdi ⁊ hñt aquas amaras tribulationis. Jđ debent clamare ad dñm ⁊ ille oñdet eis lignū ſc̄ē crucis in quo ipe pependit cum miſerit in coꝛda tribulata ſtatimqꝫ aque amare doloꝝ vertūtur in dulcedines cōſolationū. ⁊ hec ꝓbat deuotus doctoꝛ Amandus in hoꝛo. Sapie. li. j. c xiiij. De quodã iuuene q̃ circa ꝯuerſationis ſue initia fuit quadã triſticia inoꝛdinata tam letaliter oppꝛeſſus. ꝙ neqꝫ oꝛare neqꝫ legere nec q̃cquã boni pꝛo tunc facere potuit. ¶ S Iſte igiꝭ quadã die in cella reſidens ab hac paſſione grauiter vꝛgebaꝭ. tūc venit vox deſuꝑ ad eū dicēs. quid ſedes hic ocioſus in te ipo tabeſcēs. Surge nūc ⁊ paſſionem meam ⁊ crucē deuota mēte pertracta. q. d. Mitte hoc dulce lignū in coꝛ tuum. ſ. ſancte crucis amarum. ⁊ ꝑcipies vtiqꝫ dulcedinē ſpūalem ⁊ in mea amaritudine tuū vincis doloꝛem q̃ audito ſurrexit frater ille ⁊ hoc dulciſſimuꝫ lignū crucis deuote miſit in coꝛ ſuū dulcoꝛatum. ⁊ extūc oīs amaritudo aquaꝝ tribulationis totaliter abſceſſit. nec de cetero paſſionē talem ſenſit. Ita ⁊ nos quãdo ſum⁹ amari coꝛdis ⁊ tribulati cogitemus. q̃re xp̃us in cruce duriſſimã ſuſtinuit paſſionē. tūc vtiqꝫ tribulatio illa mitigaꝭ Jđ exhoꝛtaꝭ nos apoſtolus ad Heb. xij. Aſpicite in auctoꝛē fidei Jeſum chꝛiſtum qui cū gaudio ſuſtinuit crucē. recogitate euꝫ qui talem ſuſtinuit a peccatoꝛibꝰ aduerſus ſemetipm ꝯtradictionē i verbis ⁊ non fatigemini aīs vr̃is deficientes. et qñ paſſionē xp̃i ſic recogitamus tūc noſtras tribulationes quaſi nihil eſtimam⁹ ꝭm illud

Berñ. in ſermo. Benignꝰ miles vulnera ſua nō ſentit. dū benigni vulnera ducꝭ intuetur. Quarto crux xp̄i aperit celeſtē paradiſuz. ipa enī crux ē clauis p quā mittūt i poſſeſſionez celeſtē. De hac claue dr Eſa. xxij. Dabo claues dauid ſup humeꝝ eius. aperiet ꝛ nemo claudit. Iſta ē clauis quā xp̄s portauit i ſuo brachio bn̄dicto. Iſta ē clauis regia p quaz xp̄us celos aperuit. hec latroni paradiſū reſerauit q̄ fere p q̄nqꝫ milia ꝛ ducētoſ ānos erat clauſus. Nā legit in euāgelio nicodemi. Cū latro audiſſet v̄ba dñi. mecū eris hodie i paradiſo. petijt ab eo ſignū. Cui dn̄s. Cū venerꝭ ad portā paradiſi ꝛ ſi nō fueris intromiſſus oſ̄de angelo crucis ſignū. ꝛ ſtati te intromittet. qd̄ cū audiſſet feciſſet ꝛ angelus crucē vidiſſet ilico eū introduxit. Et ḡ quicunqꝫ hac claue caruerit ingredi celū non poterit. ſicut oēs iudei crucis xp̄i inimici ꝛ pagani. Ideo ſancta crux bn̄ figurat per quandā arborem aridam. de qua legit in hiſto. triū regum. c. xliiij. Qꝫ in ciuitate ſuſis in qua rex Aſuerus regnauit. erat tēplū tartaroꝝ. in q̄ fuit arbor olim arida. de qua plura mira narrant. Hec vltra modū armigeriſ ꝛ ſtipēdiarijs muriſqꝫ ſollicite cuſtodit. ꝛ q̄ hāc arborē hꝫ in ptāte. regimē ſup hāc ꝓuinciā vniuerſam habet. Si aūt aliq̄s rex vel p̄nceps efficit tā potēs q arborē lucratꝰ fuerit. ꝛ ſcutū ſuuz potēter poſuerit vel pependerit. huic oēs porte ciuitatis aperient. Et. cxxv. prouincie ab iudea vſqꝫ ad ethiopiā abſqꝫ oī cōtradictōe obedient ei ꝛ cū gaudio introducūt. Si aūt q̄s ciuitatē lucraret. ꝛ ad arborē non veniret. nec ſcutū ibi penderet. ei mīme obedirent. Hec arbor figurā hꝫ crucis ſancte. Hanc iudei p longa tp̄a ſub terra abſcōderūt. qd̄ nemo poterat ad eā puenire. Iō infideles regnabant nō ſolū in. cxxv. prouincijs. ſed quaſi p totū mundū. Cum aūt impatori oſ̄ſa fuit hec arbor cōſtantino in celo. ꝛ cū ipe tanq̄ꝫ potens ſcutū ſuū. i. ſpem ſuā in eā poſuit. gētiles deuicit ꝛ in oēs ciuitates eoꝝ intromiſſus fuit Sic etiā ſpūaliter qui ponit ſpem i eā ſanctā crucē in celeſtē poterit intromitti ciuitatem. Nā ſm Augꝭ. lib. de efficacia crucis. h̄ ſigno celū aperit ꝛ hoīes ꝯſeruant. Et hoc ad primū. ¶ Quantū ad ſecūdū ponit crucꝭ inuentio glorioſa. ꝛ hec vt dr. facta ē pꝰ annos ducētos a reſurrectiōe dñi. In euāgelio Nicodemi legit q cū adā infirmaret Seth filiꝰ eius portas paradiſi adijt. ꝛ oleū mīe q̄ p̄ris corpus pungeret poſtulauit. Cui apparuit archangelus michael ait Noli laborare ꝛ flere pro oleo mīe. qꝛ nullatenꝰ illud aſſeq̄ poteris niſi qn̄ cōpleti fuerint q̄nqꝫ milia annoꝝ. Et alibi legit. q archāgelus ramuſculū quēdā dedit ꝛ iuſſit vt in monte libani plantaretur. In quadā vero hiſtoria grecoꝝ addit q angelus de ligno i quo peccauit adā ei tradidit dicēs. quādo fructū faceret pat ſaluaret. Rediēs igit ꝛ patrē mortuū inueniens. ipſum ramū ſup tumulū patris plātauit. q̄ i in arborē magnā creuit. ꝛ vſqꝫ ad ſalomonis tp̄a pdurauit. Salomon aūt tam pulchram arborē cōſiderās. ipam fecit incidi ꝛ i domo ſaltus locari. Nuſq̄ꝫ tn̄ vt ait Iohes beleth. locari potuit. nec alicui loco apta repiri valuit. ſed mō excedebat in longitudine modo deficiebat in breuitate. Idō indignati artifices ipam reprobauerūt ꝛ ſup quendā locuz vt eēt pons tranſeūtibꝰ ꝓiecerunt. Regina autem ſaba dicta nicaula ſm ioſephum cum veniſſet audire ſapiam ſalomonis. ꝛ p̄dictū locū tranſire vellet. vidit in ſpū q mundi ſaluatoꝛ in illo ligno ſuſpendendꝰ eēt. Ideo ſuper eo tranſire noluit ſed ipm protinꝰ adorauit. In ſco. hiſto. legit q p̄dictū lignū in domo ſaltus vidit. cunqꝫ ad domū veniſſet ſuam intentionē intimauit ſalomoni q in illo ligno quidā ſuſpendendꝰ eēt. p cuiꝰ morte regnū iudeoꝝ deleri deberet. Salomon igit lignū inde ſuſtulit. ꝛ in ꝓfundiſſimis terre viſceribꝰ mergi fecit. poſtea ibidē ꝓbatica piſcina facta vbi hoſtias abluebāt. ꝛ nō ſolū ex deſcenſu angeli. ſed etiā v̄tute huiꝰ ligni tradit ibidē fuiſſe motio aque ad ſanationē īfirmoꝝ. Appropinquāte aūt xp̄i paſſione p̄dictū lignū ſupnatauit. q cū iudei vidiſſent ipſum acceperūt. ꝛ in crucē dñi p̄parauerunt. eſtimantes aūt ipm indignū pati i ligno viridi. ꝛ ſic ipſum in ea crucifixerūt. Mortuo autē xp̄o ꝛ ſepulto crucē in terrā abſcōderunt. vbi p ducētos annos ꝛ vltra latuit. Quibuſ cōpletis in tp̄e illo cōgregata ē iuxta danubium multitudo innumerabilis barbaroꝝ volētes flumē tranſire. ꝛ omnes regiōes vſqꝫ ad orientē ſuo dn̄io ſubiugare. Qd̄ audiēs conſtantinꝰ imperator. contra danubiū fluuium cū exercitu ſe collocauit. Creſcēte igit multitudine barbaroꝝ. ꝛ iam fluuiū tranſeūte. cōſtantinus nimio timore concutit. videns q pauci eēnt cū eo die craſtino preliū ꝯmiſſuri Sequenti igitur nocte ab angelo ſuſcitat et vt ſurſum reſpiciat admonet. qui in celuz reſpiciens vidit ſignū crucis ex clariſſimo luie factū litteris aureis. hunc titulū habēs ſcriptū. In hoc ſigno crucis vinces. Celeſti igitur viſione confortatus. ſimilitudinē crucis fecit. ꝛ ante exercitū ferri iuſſit. tenēſqꝫ ipaz.

hoſtes iṗos in fugā cōuertit. ⁊ multitudinē
maximā interfecit. Quo facto cōſtantinꝰ oēſ
tēploꝝ pontifices cōuocauit. ⁊ cuiꝰ nāqꝫ dei
ſignū eēt. diligenter inquiſiuit. Quibꝰ neſci/
re dicētibꝰ. Quidā xp̄iani venerunt q̄ ei ſan-
cte crucis myſteriū narrauerūt. ⁊ ille in xp̄m
credidit. ⁊ ab Euſebio papa. vel ſm alios a
Ceſarienſe ep̄o ſacrū baptiſma ſuſcepit. moꝛ
tuo Cōſtantino Cōſtantiꝰ eiꝰ filiꝰ memoꝛ vi-
ctoꝛie patris quā virtute crucis habuerat he
lenā matrē ſuā hieroſolymā miſit pꝛo chꝛiſti
cruce inueniēda. Que cum hieroſolymis ve
niſſet. oēs ſapiētes iudeoꝝ cōgregauit. At il
li nimiū foꝛmidātes. dixerūt ad inuicē. Qua
re putatis ꝙ regina nos faciat ad ſe ꝯgrega-
ri. Unꝰ aūt ex eis nomine iudas ait. Scio ꝙ
vult a nobis diſcere vbi ſit lignū cruci in quo
ieſus crucifixus fuerat. videte ne aliquis ſi-
bi cōfiteri p̄ſumat. alias lex noſtra euacuabi-
tur. ⁊ paterne traditiones funditꝰ deſtruent̄
Zacheꝰ eni nūciauit patri meo ſymeoni. qui
mihi moꝛiēs dixit. Uide ne cōfitearis. nuſqꝫ
eni extūc gens iudeoꝝ regnabit. Sed illi qui
crucifixū adoꝛāt. qꝛ ip̄e xp̄s ē filius dei viui.
Cui ego pater mi. ſi p̄res nr̄i ipſuꝫ filium dei
eē cognouerūt. cur ipſum crucifixerunt. Re
ſpondēs. nouit dn̄s ꝙ nunqꝫ in cōſilio ip̄oꝝ
extiti. ſed eis ſepiꝰ ꝯtradixi. Qꝛ igit̄ pharise
oꝝ vitia exp̄obꝛabat ipſū crucifixerūt. Sꝫ
ipſe die tertia reſurrexit. ⁊ celos diſcipul' vi-
dētibꝰ penetrauit. in quē ⁊ ſtephanꝰ frat̄ tuꝰ
credidit. quē iudeoꝝ veſania lapidabat. Cui
iudei Nos talia nūqꝫ audiuimꝰ ſane vſqꝫ ho
die. ſi ergo inq̄ſitio facta fuerit. vide ne oſten
das. Uocati ḡ regina ſciſcitata cū nihil verū
vellent dicere. iuſſi ſunt oēs in ignē tradi. qꝛ
cū timuiſſent tradiderūt iudā dicētes. Hic vir
iuſte pꝛophete filiꝰ q̄ nouit vbi crux iacet quā
inquiris. quē vocās regina dixit Elige quid
vis. vitā aut moꝛtē. Si vis viuere in celo et
in terra dic mihi vbi ē abſconditū lignuꝫ do
minice crucis. Ille ait. Locū nō noui. nec qꝛ
ibi erā qn̄ crucifixus ē. ⁊ quō ſcire valeā. cuꝫ
ducenti anni fluxerūt. ⁊ nequaqꝫ illo tp̄e na-
tus eēm. Cui helena. Per crucifixū te interfi
ciā niſi dixeris mihi veritateꝫ. Juſſit ḡ eum
mitti in lacū ſiccū vſqꝫ ad tres dies ſine cibo
quibꝰ tranſactis clamauit de lacu. Obſecro
vos educite me. ⁊ ego oſtendam vobis cru-
cem chꝛiſti. Cū igit̄ eductꝰ eēt p̄gebat ad lo/
cum vbi iacebat crux. ⁊ leuauit vocē ſuaꝫ ad
deū vt ſibi manifeſtaret. Statiqꝫ cōmotꝰ ē lo
cus ⁊ multitudo aromatici aſcēdit. ita vt iu-
das diceret. In veritate tu chꝛiſte es ſalua-
toꝛ mundi grās tibi ago dn̄e Nā licet idignꝰ
ſum. nō tn̄ me fraudaſti grā tua. Tūc accipi-
ens foſſoꝛiū p̄cinxit ſe ⁊ cepit fodere. Cumqꝫ
fodiſſet paſſus viginti iuenit tres cruces. q̄s
attulit in ciuitateꝫ. Interrogauitqꝫ regina q̄
eēt crux xp̄i. ſciebat eni alias eē latronū. Et
ecce offerebat̄ moꝛtuꝰ circa hoꝛā nonā. ſuper
quē ponebat duas cruces. ⁊ nō ſurrexit. im-
poſita aūt cruce dn̄i mox ſurrexit. Tūc oms
q̄ aderāt gloꝛificabāt deū. ſed diabolꝰ i aere
vociferabat dicēs. O iuda q̄d feciſti. Jude
mihi cōtraria opatꝰ es. nā ille me ſuadēte fec̄
pꝛoditionē. tu autē inueniſti crucē dn̄i. p̄ illū
multoꝝ lucratꝰ ſū aīas. p̄ te p̄dā lucratas. p̄
illū regnabā in populo. p̄ te iam expelloꝛ a re
gno. vicem tibi rependam. ⁊ ꝯtra te regē ali-
um ſuſcitabo. q̄ fidē deſerēs crucifixi tui toꝛ-
mētis te negare faciet crucifixū. Ille audiēs
diabolū nō timuit. ſꝫ dixit. Chꝛiſtꝰ te dānet i
abyſſum. Poſt hec iudas baptizat̄. ⁊ Qui-
ratus appellat̄ ⁊ ab ep̄o hieroſolymis ep̄us
oꝛdinat̄. Cū igit̄ clauos regina nō haberet.
rogauit q̄ratū vt clauos quereret. Ueniens
igit̄ ad locū p̄ces fudit ⁊ clauos velut aurū i
terra fulgētes repperit. quos recepit. ⁊ regi-
ne detulit. At illa cū magna reuerētia ſuſce/
pit. Crucis eni p̄tē detulit filio. Aliā xo the-
cis argenteis cōditā hieroſolymis dereliq̄t.
ſilr̄ clauos poꝛtauit ad filiū. Ex q̄bꝰ vt refert
Euſebius ceſarienſ. frenos quibꝰ vtebant̄
ad bellum compoſuit. ⁊ aliꝭs galeam ſuaꝫ oꝛ-
nauit. Rogemus ergo crucifixum.

Sermo de ſancto Joh̄e an̄ poꝛtā latinam

Dilectus meꝰ mi-
hi ⁊ ego illi q̄ paſcit̄ iter lilia. ita ſcri-
bit̄ Can̄. ij. A Solent parentes naturales
feruidos diligere filios ingenio foꝛtioꝛes et
ſapiētioꝛes. qꝛ tales ſuut leticia patris. ſm il
lud. Pꝛou. x. ⁊. xv. Filius ſapiēs patrē letifi
cat. ſtultꝰ aūt ē meſticia m̄ris. Et rō talis pōt
aſſignari. Qꝛ dic̄ Areſt. j. metha. Oēs hoīes
naturaliter ſcire deſiderāt. qꝛ vt idē p̄mo de
aīa dicit. Scia ē de numero bonoꝝ honoꝛa-
biliū. ⁊ ex q̄ parentes ſunt illuminati. Jō ap
petūt hoc in filiꝭs habere. ꝙ eis eoꝝ ingeniū
noluit denegari. Jō filios amant ſapientes.
Figura huiꝰ habet̄ Gen̄. xxxvij. de Joſeph
qui erat puer valde ingenioſus ⁊ ſubtilis. iō
p̄ aliꝭs filiꝭs a patre plus amabat̄. ⁊ p̄pt̄ hūc
amoꝛē ip̄i fratres eum in egyptum vendide-
runt. Ita legit̄. iij. Regū. ij. Q̄ rex Dauid
p̄ aliꝭs filiꝭs dilexit Salom onē. eo ꝙ eēt ſapi
entioꝛ ⁊ inſtituit eū poſt ſe regē. qꝛ dr̄ Eccl̄s.
x. Ue terre cuius rex puer eſt. oſtendēs mo-
ribus ⁊ ſenſu. qꝛ ex hoc ſubditi inſoleſcunt.

Spūaliter dn̄s noſter Jheſus xp̄s eſt pater
oim̄ creaturaꝝ. Jd̄o dicit Math. xxiij. Pa
trē nolite vobis vocare ſup terrā. vnꝰ eſt em̄
pater veſter qui in celis eſt. Pater inq̄m mie
⁊ totiꝰ cōſolationis. duodeci p̄ncipales ha-
buit filios ſanctos apl̄os. ad quos dixit Jo-
han. xiij. Filioli mei adhuc modicū vobiſcū
ſum. Inter illos filios beatꝰ Johēs ingenio
fuit ſagatior. ita profunde ſcribēs ſuū euāge
liū q̄ pauci ſunt q̄ ad vnguē pn̄t explanare.
Qꝛ vt ait Amb. ſup Beati imaculati. virgo
primꝰ Johannes. dū caput ſuuz ſup pectus
ieſu inclinaret pfunda ſecreta ſapie exhauſit
Jō eū dn̄s p̄ oibus alijs dilexit dicēs ad ip̄z
verba p̄dicta. Dilectꝰ meꝰ mihi. ⁊ ego illi. in
quibꝰ duo innuunt̄. Primo familiaritas iter
xp̄m ⁊ Johannē rōne ſinguları amoris. Se-
cūdo caſtitas eiuſdē electi apl̄i Joh. rōne cā
doris ⁊ puritatis. Primo hic tangit̄ famili/
aritas inter xp̄m ⁊ Johēm rōne amoris ſin-
gularis cū dicit. Dilectꝰ meꝰ mihi. ſ. ē ſimil̄r ⁊
ego illi. iō ip̄m magis diligo ¶ Ibi nota ſm̄
naturales ⁊ p̄cipue ſm̄ Areſtote. viij. Ethi.
Naturalit̄ vnūq̄dq̄ ſil̄e diligit ſuū ſil̄e. ⁊ hec
ē rō ſm̄ Iſi. qꝛ amor ē vis cauſans vnionem
quodlibet igit̄ aial diligit magis ſuuz ſimile
qꝛ amor naſcit̄ ex ſimilitudine opationum ⁊
moꝝ. Jō dr̄. viij. Ethi. Hoies eiuſdē gentis
⁊ patrie naturaliter ſunt amici. Ideo refert
Amb. in hexa. ⁊ Arc. ix. animaliuz. q̄ aq̄la q̄
omnia alta tranſcēdit ⁊ clare ſolez conſpicit.
naturalit̄ diligit q̄ ſūt ſibi ſil̄es ad tale facien
dū. qui eni de pullis clariꝰ inſpicit ſolez ſine
lachrymatione oculoꝝ. magis diligit ⁊ p̄ ali
is p̄rogatiuā in cibatiōe fac̄. ¶ Spūaliter
per aq̄lā xp̄s intelligit̄. qꝛ ſic̄ aq̄la inter alias
aues ē regina ⁊ liberalis. ita vt p̄dam raptā
nō comedit ſola. imo eā q̄ſi cōem. ſequētibuſ
diuidit. niſi nimia fame arceat̄. vt dicit Pli.
in ſpe. na. Sic xp̄s ē rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū
Apoc̄. xix. ⁊ ē liberalis. qꝛ oia aialia paſcit.
ſm̄ illud ps̄. cxxxv. Qui dat eſcā omni carni
Sꝫ p pullos eiꝰ apl̄i deſignant̄. quoꝝ quidā
debilitati viſu mentis. nō potuerūt clare in-
telligere ſcripturā. vt pꝫ in multis locı ſancti
euangelij Matth. xv. Adhuc vos ſine itel-
lectu eſtis inter illos tn̄ fuerūt duo. Petrꝰ ⁊
Jabannes qui aciē oculoꝝ ſuoꝝ acute verte
runt in chriſtū veꝝ iuſticie ſolē. Nā petrꝰ ait
Matth. xvj. Tu es xp̄s filius dei viui. huic
xp̄s fecit p̄rogatiuā cōmendando ſibi oues
ſuas paſcēdas. Joh. vlt̄. Paſce oues meas
Et in hoc ip̄m p̄ncipem ⁊ papam eccl̄e ſue fe
cit. Johēs etiā totū cor ⁊ oculos ad chriſtuz
vertit. ⁊ vltra alios ſe erexit. Teſte Augu.

Erexit ſe Johēs. Nō ſolū p turbā ſed ſuper
omnem ambitū aeris ⁊ celi. ⁊ ſup etiā exerci
tus angeloꝝ. oēmq̄ cōſtitutionē inuiſibiliū
poteſtatū. ⁊ puenit ad eū p quē facta ſūt oia
hec ille. Ipſe tam acute intuitꝰ ē verbuz eter
num. q̄ de hoc mirat̄. b. Hiero. in plogo bi-
blie. c. iiij. dicēs. Johēs xp̄i piſcator indoctꝰ
⁊ vnde ſibi illa vox. In p̄ncipio erat verbuz
hoc doctus Plato neſciuit. hoc domeſtenes
elequens ignorauit. Jō de eo canit eccleſia.
Uolat auis ſine meta. qua nec vates. nec p
pheta euolauit altius. Jō xp̄s dilexit ipſum
magis tanq̄ ſibi cōformiorē. eiq̄ plures p̄ro
gatiuas on̄dit. ¶ Prima quidē pꝫ in eius
nature cōuerſione. Et hoc in duobus. Pri/
mo qꝛ vocauit eū in iuuētute. de qua dicitur
Matth. iiij. Uidit ieſus duos fratres Jaco
bū zebedei. ⁊ Johannē fratrē eiꝰ. ⁊ vocauit
eos. Illi autē ſtatim relictis retibꝰ ſecuti ſūt
eū. Sic chriſto in iuuentute nos vocāte. ſta-
tim obedire debemꝰ ⁊ ipſū ſequi. Et vere be
atus ille homo eēt qui cū btō Johanne xp̄m
in iuuētute ſequeret̄. Quia bonū eſt viro cū
portauerit iugū domini ab adoleſcētia ſua.
Thren̄. iij. Secūdo vocauit eū a nuptijs vir
ginē. De hoc dicit Hiero. in plogo ſup euā-
geliū eius. Iſte quidē ē Johannes quē dn̄s
de fluctiuago nuptiaꝝ vocauit. Cui matrez
virginē virgini cōmendauit. Scd̄am p̄roga
tiuā on̄dit ſibi in die cene. ⁊ hoc in duobus.
Primo cū ſibi reuelauit pditorez. Joh. xiij.
dicens. Cui intinctū panē porrexero. et hoc
fuit ſignuz feruentis amoris. q̄d ei tale ſecre
tū ⁊ nō petro vel alio reuelauit. Quia ſciuit
xp̄s ſcriptū eē Prou̇. xxv. Cauſam tuaz tra
cta cuz amico tuo. i. ſingulari. et ſecretum ex
traneo ne reueles. Scd̄o qꝛ recubuit ſupra
pectus dn̄i. de quo ip̄e dicit Joh. xiij. Unuſ
erat recūbens ſupra pectꝰ in ſinu eiꝰ quē dili
gebat ieſus. Fecit eni xp̄s cū Johanne ſicut
duo amatores p̄cipue q̄ ſe ſedule amplectūt̄
vt ſic corda ſocient de quibus procedit talis
amor. Tertiā p̄rogatiuā on̄dit ei in paſſione
⁊ hoc in duobus. Primo qꝛ cōmendauit ſibi
matrē. Joh. xix. Ecce mater tua. Et in h̊ q̄
dicit Hiero. Fuit theſaurariꝰ xp̄i. Nā cum
omnē ſubſtantiā diuideret. ſ. corpꝰ Nicode-
mo ⁊ Joſeph. aiam patri. eccleſiā petro. ma
trē ſuā cōmēdauit Johanni. Et ſic in ſua cu-
ſtodia habuit thezauꝝ gr̄e fontem miſericor
die ⁊ vinū celeſtis vite. Si ergo vis ditari.
hunc theſzaurū pete a Johanne. Secūdo qꝛ
ip̄m tanq̄ filiū chariſſimū matri cōmēdauit
dicens ad matrē. Ecce filius tuus. Fec̄ enim
xp̄s ad inſtar regis terreni filiū dilectum ha

bentis. quē cū vult recedere nō cōmendat vi
libus in caſtro. ſed ſue dilecte poti⁹ mr̄i ſi ad
huc viuit. vel alio chariori. Quartā p̄rogati
uā oñdit ei in p̄dicatione. ⁊ hoc in duobus.
Primo in miraculoꝝ opatione. q̄ȝ mortuos
ſuſcitauit. vt pȝ de druſiana. ⁊ de his quos
ardodeni⁹ veneno peremit. Scđo in v̄boꝝ
altitudine. q̄ȝ p̄ ceteris alti⁹ ſcripſit. ſicut illđ
In p̄ncipio erat v̄bū. vbi dicit Hiero. Si pa
rū altius intonuiſſet. tot⁹ mūd⁹ eū cape non
potuiſſet. Quintā p̄rogatiuā oñdit ei in paſ-
ſione. ⁊ hoc in duob⁹. Primo q̄ ip̄m a morte
gladij voluit ꝯſeruare nec penā crucis ſuſti-
nuit. Fm illud Joh. vlt̄. vbi dixit dñs. Sic
ergo eū volo manere donec veniam Scđo q̄
feruorē olei nō voluit eū ſentire. De q̄ hr̄ le-
genda. Johes apl̄s ⁊ euāgeliſta cū epheſi p̄
dicaret. ⁊ a ꝓ cōſule capit̄. vt dijs imolaret i
uitat̄. q̄ dū renuit in carcerē mittit̄. ⁊ ad do-
mitianū ip̄atoreȝ ep̄la mittit̄. in qua magn⁹
ſacrileg⁹ deoꝝ cōtēptor. ⁊ crucifixi cultor. b.
Johes noiat̄. Juſſu igit̄ domitiani romam
deducit̄. eiq̄ȝ oēs capilli pro deriſione deſci-
dunt̄. ac ante portā vrbis q̄ latina dr̄ in doli-
um feruentis olei igne candente deſubt⁹ mit
ti iubet̄. ſed nullū dolorē ibi ſenſit. ſed penit⁹
exiuit illeſus Jō in h̄ loco eccl̄ia a xp̄ianis fa
bricat̄. ⁊ dies illa tanq̄ȝ dies martyrij celebra
tur. Sextā p̄rogatiuā oñdit ei in morte. ⁊ h̄ i
duobus. Primo q̄ mortē ei reuelauit dicēs.
Ueni dilecte mi ad me q̄ȝ tēpus ē vt in mēſa
cū fratribus tuis exultes. Et cum ſurgeret ⁊
poſt eū ire vellet. ait. Dñica die ad me veni-
es. Sed de nobis dr̄ illđ. Eccl̄s. ix. Neſcit ho
mo finem ſuū. Secūdo q̄ nō ſenſit dolorem
mortis que tamē ē omniū terribiliuȝ terribi-
liſſima. vt dicit Are. iij. Ethi. Jō dic̄. b. Hie
rony. bea. Joh. tam a dolore mortis extitit
extraneus q̄ȝ noſcit̄ a corruptione carnis ali
enus. Septima p̄rogatiua fuit p⁹ mortē. ⁊ h̄
iteꝝ in duob⁹. Primo q̄ eū xp̄s cū alijs pſo-
naliter anteceſſit in celū ⁊ ip̄e fuit vltimus. i
morte quoq̄ȝ in ſepulchro ei⁹ inuenit̄ manna
ſcaturire i ſignū incorruptiōis Jō de ip̄o p̄t
exponi illud pſ̄. xv. Nō dabis ſcm̄ tuū vidē
corruptionem. Quantū ad ſecūdū in verbis
p̄miſſis. innuit̄ ip̄ius Johannis puritatl cā-
dor. cū ſubdit̄. Qui paſcit̄ inter lilia. ſ. puri-
tatis ſicut vnum ex illis. ¶ Circa qđ notā
dū ſm autorē ꝓprietatū. li. xviij. Lilium eſt
herba lactei coloris ⁊ habet candorem ⁊ mi-
tigat ſeu ſanat dolorem. Sic. b. Joh. habuit
candorem puritatis ⁊ mundicie. q̄ȝ ē virgo
elect⁹ ⁊ in euū virgo ꝑmanſit. ⁊ hāc puritatē
habuit a xp̄o vero ſole Quia dicit Sap. viij
Non poſſum eē cōtinēs niſi deus dederit mi
hi. Et quanto ꝓpinquius fuit xp̄o. tanto cā
didi⁹ enituit. Q̄ȝ videm⁹ naturalr̄. q̄ alit̄ re-
cipiunt pulchritudinem de celo aliter a ſole
corpa ꝓpinqua aut remota. Corpora eni ꝓ-
pinqua a celo recipiūt claritatē. nō ſolū exte-
rius in ſupficie. ſed etiā interi⁹. vt ignis ⁊ aer
Terra autē ē remota a ſole. minus depurat̄
ceteris elemētis. Sic. b. Joh. qui ꝓpiquior
fuit vero ſoli xp̄o. per ſpeculationē ꝓfundā.
ideo virtuoſum retinuit candorē puritatis.
Sed hoies terreni qui ſe raro ſubleuant ad
veꝝ ſolē. licet exterius luceant p bonā cōuer
ſationē. tñ interi⁹ manēt tenebroſi. Scđo. b.
Joh habuit candorē ſapie. ⁊ hic ē candor lu-
cis eterne. i. dei. Quia ois ſapia a dño deo ē
quā abundant̄ tribuit beato Joh. Fm illud
Eccl̄i. xv. Impleuit eū dñs ſpū ſapiētie ⁊ in-
tellect⁹. ille eni eſt alter Salomon. cui de⁹ tri
buit tantā ſapientiā. ita vt excederet ſapiam
oim orientaliū ⁊ erat ſapientior cūctl hoibuſ
vt dr̄. iij. Regl. iiij. ⁊ bñ poſſū hoc dicere de
Joh. Q̄ȝ ſm. b. Aug. Celeſtis hauſtū ſapie
ceteris altius potauit de pectore xp̄i. in quo
ſunt oēs theſauri ſapie ⁊ ſcie abſcōditi. Ad
Col. ij. Tertio be. Joh. habuit candorē ino-
centie. q̄ȝ mala oia in manſuetudine ſuſtinuit
⁊ nō mordaciter ⁊ iracūde murmurauit. Q̄ȝ
dicit Euax de ſigillis lapidū. q̄ liliū diſtin-
guit iram ⁊ diſcordiam vniuerſam. Et rō hu
ius ē. q̄ȝ extinguit cunctas colericas paſſiōeſ
vt dicit Auic̄. Fons aūt ire ē ſanguis ⁊ cole-
ra. Sic. b. Joh. virtute cādoris innocētie et
patientie. extinxit in ſe oēs motus ire. ⁊ non
ſolū in ſe ſed etiā in alijs. quos ad mititatem
anime reduxit. Sicut pȝ de pontifice idoloꝝ
ariſtode. quē vidēs ex p̄dicatione ſua iratuſ
ipſum bibitione veneni placauit. vt pȝ in le-
genda. Secūdo liliū habet odorē quē longe
lateq̄ȝ diffundit. ⁊ maxime quādo a vēto agi
tatur. Sic. be. Joh. fuit multe redolentie. ⁊
maxime in vento tribulationis. Nā cū in do
lium feruentis olei miſſus fuiſſet. diffudit d
ſe odorem vt credit̄ benedictionis cum Pſ̄
xxxiij. dicens. Benedicā dominū in omi tē-
pore. ſ. etiā tribulationis. ſemp laus ei⁹ i ore
meo. Nō ſufficit ſicut modo impatiētes q̄ ad
modicā pſecutionē vel tribulationē emittūt
de ſe fetorem maledictionis ⁊ detractionis.
⁊ ſimiles ſunt ardee. de qua dicit Iſi. lib. xij.
qđ in aqua ſtare ꝯſueuit. q̄rēs piſciculos q̄s
comedit. ⁊ tūc ē bone mentis. ſi autem ab ac-
cipitre vel alia p̄dante aue pſequitur in aere
volans emittit ſtercora. ⁊ ſic fetore ipſum re
tardat perſequentem, ſic ⁊ illi cum audierit

eis aliquē detrahentē. ſtatim ad alta ſupbie rapiunť ⁊ a tergo emittūt ſtercora detractionis. de quibus dicit Job. xix. Cum ab eis receſſiſſem detrahebāt mihi. Sed ſic nō fec. b Johes q̄ habuit odorē patiē cū grāꝫ actione mala ſuſtinēdo. Tertio liliū mitigat dolorez q꞉ dicit Bartho. in p̄ma practica. ꝙ membra igne leſa liliū ſanat. q꞉ ſuccus ē maturatiuꝰ ⁊ ſanatiuꝰ aduſtionē apoſtematū ⁊ tumoruz vel ſm auctorē ꝑprie. li. xvij. Liliuz et folia eius decocta ⁊ impoſita videlicz ad loca cōbuſta dolorē mitigāt Sic corda hūana cupiditate leſa. ſanat beatꝰ Johannes. qui tā ſedule ⁊ ardenť cōtra auariciā p̄dicauit dicēs illud Senece ad lucillū in epiſtola. Nemo ē deo dignus niſi q̄ opes cōtēpſerit. q̄ſi dimittendo inordinatum amorē. Et hoc pꝫ i duobus iuuenibus auaris in legenda. Jtē liliuz emollit. valet eni contra duritiem ſplenis. ſi eius ſuccus oleo veteri admixtus ⁊ bene coctus ſplenis tergio inungať. Sic. be. Johes emollit ad pietatē. quoꝝ cor induratū erat q̄ſi lapis. Job. xlj. Et per ſe miſerias hominū nō ſolū ſpūales ſed etiā corporales releuauit Nam gemmas valde precioſas q̄s carō phs ob mundi gloriam in foro frangi fecerat. facta oratione ſolidauit. ⁊ illis venditis p̄ciuz pauperibus erogauit.

Sermo in die pentecoſtes.

De excelſo miſit ignē in oſſibꝰ meis ⁊ erudiuit me. ita ſcribiť Threñ. j. A Valdē neceſſe ē homini qui vult ire ad alienā regionē vt habeat bonū cōductorez. ⁊ probať in natura irūdinū. que cū volunt ire ad maris inſulam hyeme adueniente. ſiľ in magna multitudine cumulanť circa litus maris. ⁊ nō ſtatim volant p̄ mare niſi venerit eis bonus ductor. ⁊ iſte ē ventꝰ flans qui directe eos pellit ad inſulas quas tendunt. ⁊ niſi ſtatim vētum hmōi habebūt iter nō ſtatim arripiunt. Et vt dicūt experti qñ fatiganť in volatu ad mare ſe deponūt. alā dexterā erigūt pro velo ⁊ ſiniſtra ſe regūt tanq̄ꝫ gubernaculo. ⁊ ſic vſqꝫ ad inſulas p̄ueniūt. interdū volando ⁊ interdū nauigando. Ad idē refert Amb. in hexa. de ciconijs. quādo volant p̄ mare habent duces cotornices que cōtra aues īfeſtaſ ſe opponunt. Jdem probať q꞉ naute nauigationē nō incipiunt niſi viderint ventū ꝓſperum. illud etiam ponitur in ſcriptura Exod. xiij. de filijs iſrľ. qui cum deberēt ire in terrā promiſſionis ductorē diutius expectabant. ⁊ abſqꝫ duce ire noluerunt. veniente autem moyſe qui fuit ductor cum eo exierūt. Spiritualiter aūt peccator ꝑpter peccatū ſuū longe eſt a deo. ⁊ deꝰ longe ab eo. ſm illud Prouerb. xv. Lōge ē dñs ab impijs. Cui concordat pš. cxviij. Longe a peccatoribꝰ ſalus. q꞉ iſpe abijt. ſ. peccator in terrā longinquā cū filio ꝓdigo. Luce. xv. B Jō ſi ecōtra i viaz ſalutꝭ ire voluerit. oportet ꝙ habeat ductorē bonū. ⁊ iſte ē ſanctus ſpūs. quē deſiderabat ꝓpheta dauid cū erraſſet dicēs. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectam. pš. cxlij. Similiter de hoc ductore dꝛ Neemie. x. Spiritū tuū bonū dediſti eis. qui doceret eos et duceret. Et hic ductor figuratꝰ ē Exod. iiij. Jn columna nubis que protexit filios iſrael ab ardore ſolis p̄ diē ⁊ ducebat eos. Similiť ⁊ p̄ columnā ignis que lucebat eis per noctē De iſta columna dꝛ Neemie. ix. Per diē ignis. per noctē columna nubis. Per diem ignis. per noctē nō defuit eis columna vt duceret eos per viā. ⁊ ſpūm bonū tribuiſti eis. C Spūſſanctꝰ diciť columna nubis. quia ī die claritatis ⁊ puritate cordis p̄ſtat homī refrigeriū. ſed in nocte peccati illuminat peccatorē. Jō. b. Augꝰ dum fuit in nocte peccati petijt vt ſpūſſanctus eū illuminaret qñ dixit in li. ſolilo. c. xxvj. O lux q̄ ſemp̄ luces ⁊ nō extingueris illumina me. o vtinā arderez ex te ignis ſancte. q̄m dulciter ardes. ſacrate q̄ꝫ luces ⁊ q̄ꝫ deſideranť. ve his q̄ nō ardent in te. hec ille. Q꞉ ad hoc miſſus ē ſpūſſanctꝰ vt homīes in eo ardere debent ⁊ erudiri. ſm qđ teſtať ꝓpheta in verbis p̄miſſis. De excelſo miſit ignē. i. ſpūm ſanctū in oſſibꝰ meis. Jn quibus verbis duo tanguntur. Primo miſſionis ſpūſſancti vtilitas. ibi. De excelſo miſit. Secūdo ad ignē illū ſollicitās. ibi ignē De primo ē notandū ꝙ ſpūſſanctꝰ miſſus eſt p̄ncipaliť ꝑpť q̄nqꝫ p̄mo vt mortua viuificaret. qđ probať in natura ſolis. D Sol enī habet virtutē viuificatiuā. q꞉ nihil pōt viuere vbi non pōt virtꝰ ſolis p̄tingere. Jō dicit Areſt. ij. phiſi. homo generat hominē ⁊ ſol. Dicit etiā cōmentator. iij. methe. ꝙ calidi cineres viuas faciunt muſcas dicēs. Muſce que ſunt in aqua mortue. ſi calidis imergantur cineribꝰ. mox euolantes reuiuiſcunt. Et hoc ſi pōt facere natura. multo fortius ħ potens ea facere creator naturaꝝ ſpūſſanctus cū deſcenderit in cor hominis illud viuificat ⁊ a peccatis excitat. Jō legiť in vitaſpatruz ꝙ abbas nomine Johannes dixit. Sic pluuia rigat arbores ⁊ terrā vt incipiant vireſcere et reuiuiſcere. ⁊ bene producere ramos et herbas. ſic ē qñ ſpūſſanctus deſcēdit i corda

peccatoꝝ. vireſcūt quodāmō ⁊ renouanẗ et
ꝓferūt folia bonoꝝ opeꝝ ī timore. Idē legiẗ
Ezech. xxxvij. Et ſpūſſanct᷒ eduxit ezechie-
lē in medio cāpi plenū oſſib᷒ mortuoꝝ q̄ erāt
ſicca vehemēter. ⁊ dixit. Fili hoīs putas ne
viuant iſta. Et ſubdiẗ poſt pauca. Ecce imit
tam in vos ſpūmſanctuꝫ ⁊ viuetis. Et dixit
dn̄s ad Ezechielē. Vaticinare fili hoīs ⁊ di-
cas ad ſpūm a quattuor ventis. veni ſpūs ⁊ i
ſuffla ſup interfectos iſtos ⁊ reuiuiſcant. qđ
factū ē. Spūaliter p cāpū mund᷒ pōt intelli-
gi in quo ſunt multa corpora peccatoꝝ mor-
tuoꝝ ſicca. i. anime mortue in peccatis. caren
tis pinguedine grē. ille inq̄m. ſi debent reui-
uiſcere neceſſe ē ſpūmſanctū ad ſe vocare. iđ
dicat quelibet talis fidelis aīa. Ueni ſancte
ſpūs ab orientali vento. q꞉ cognitionē das q̄
te intelligimus. ⁊ hec ē vita eterna vt ꝯgſcāt
te ſolū deū veꝝ ⁊ quē miſiſti ieſum chriſtum
Joh. xvij. Ueni a vento auſtrali fecundans
aīam meā. vt fluant aromata grāꝝ actionum
Ueni a vento occidentali. ⁊ occide in nobis
vitia vt tibi ſoli viuam᷒. Ueni a vento aq̄lo-
nari. ⁊ repelle a nobis oēme malū. Ueni ergo
⁊ infla. i. inſpira grām tuā ſup interfectos. i.
nos hoīes mortuos in peccatis ⁊ reuiuiſcant
i. grām vite recipiant. Secūdo miſſus ē ſpūſ
ſanctus vt immūdos purificaret. Et h̄ ꝓba-
tur in ſole qui hꝫ virtutē purificatiuā q꞉ radi
orū ſuoꝝ diſperſione ſubtiliat aereꝫ. ⁊ fugat
aurā peſtilenticaꝫ vt diċ autor ꝓprie. li. viij.
Videm᷒ etiā ꝙ ī menſe iunio in q̄ mō ſumus
qn̄ ſol intrat cancrū. deſiccat humores ī radi
cib᷒ ⁊ lutū exiccat in plateis. ⁊ via mūdaẗ. ſic
ſol ſpūalis ſpūſſanct᷒ cū venerit in mētē hoīſ
expellit oēm imūdiciā vitioꝝ. ⁊ inflāmat eaꝫ
charitate. Et hoc teſtaẗ Amb. in ſmōe Dul
cis ē ignis ſpūſſancti. qui ꝯſumit rubiginem
peccatoꝝ ⁊ cor accēdit in amore trinitat. Iđ
caniẗ in ſequētia hodierna. Tu purificator
omniū flagitioꝝ ſpūs. purifica noſtri oculuꝫ
interioris hoīs. Et eſt notandū. Res que de
bet perfecte purificari. debet lauari in aqua
⁊ poſt poni in calore. Quia dicit Theophil᷒
Uniuſcuiuſqꝫ lotio ꝯſiſtit in cinere ⁊ calore.
Ad ꝓpoſitū. Spūſſanct᷒ đr aqua mūda.
Ezech. xxxvj. Effundam ſup vos aquā mū
dā ⁊ mundabimini ab oībus inq̄namētis ve
ſtris. qui hanc aquā ſpūſſancti grām vult ha
bere debet eē humilis. q꞉ ſcim᷒ ꝙ aque ī mon
tib᷒ nō pmanēt. ſꝫ ad valles fluant ⁊ ibi req̄e
ſcant. Sic grā ſpūſſancti corda purificās nō
manēt in ſupbis. qđ figuratū eſt. j. Regū. ix.
⁊ c. ſequētibus de ſaul. Qui cū eſſet humilis
factus ē rex in iſrl̄. ⁊ dn̄s dedit ſibi ſpūm bo-
num. ſed poſtq̄ꝫ fact᷒ ē ſuperbus tulit ab eo
ſpiritū ſanctū. ⁊ ſpūs malus eū exagitabat.
Ideo dicit Jacob᷒ in Cano. c. iiij. De᷒ ſup
bis reſiſtit humilibus autē dat grām. i. dene
gat ſupbis dona gratie. O hō ſi vis mūdari
diſcas humiliari. vt in te req̄eſcēt aque gra-
tie ſpūſſancti. Q꞉ dicit Eſa. lxvj. Sup queꝫ
req̄eſcit ſpūs me᷒. niſi ſup humilē. Sup quo
dicit Amb. Eſto humilis ⁊ quiet᷒ vt ī tuo af
fectu requieſcat dn̄s. Etiā ſi hō vis adhuc p
fectius mundari. adhibe cinerē ꝯtritiōis. et
calorē charitatis. Q꞉ diċ Aug᷒ de ſpū ⁊ aīa
ita familiaris ē dei charitas vt ibi eſſe nolit.
vbi charitas nō fuerit. Cū aūt q̄s charitateꝫ
hr̄e incipit. ſpūmſanctū habebit. ⁊ h̄ probat
dn̄s in euāgelio hodierno Joh. xiiij. Si q̄s
diligit me ſermonē meū ſeruabit. ⁊ pater me
us diligit eū. ⁊ ad eū veniem᷒. ⁊ manſionem
apud eū faciem᷒. Tertio miſſus ē ſpūſſanct᷒
vt indoctos doceat. qđ probat. be. Greg᷒ in
Omel. hodier. Libet oculos fidei ī vtute hu
ius opificis attollere. ⁊ ſparſim pr̄es veteris
teſtamēti ꝯſiderare. Ecce aper ꝯis eiuſdē ocu
lis fidei Dauid. Danielē. Petrū Paulum.
Mattheuꝫ. ⁊c. intueor. et ſpūs iſte ſanctus
qualiter ſit artifex cōſiderare volo. ſꝫ ī ipſuꝫ
cōſiderādo deficio. Impleuit nanqꝫ cithare
dā puerū. ⁊ pſalmiſtam fecit. impleuit paſto
rē ⁊ ꝓphetā feċ. Impleuit abſtinētē pueruꝫ
⁊ iudicē ſeuū feċ. Impleuit piſcatorē. ⁊ p̄di-
catorē fecit. Impleuit pſecutorē. ⁊ doctoreꝫ
gentiū fecit. Impleuit publicanū. ⁊ euange-
liſtam fecit. O qualis ē artifex iſte ſpūs. Nā
ad diſcendū mora non exigiẗ. mox eni cū teti
gerit mentē docet. ſolūqꝫ tetigiſſe docuiſſe ē.
Quarto miſſus ē ſpūſſanctus. vt calidos re-
frigeret. Dicūt naturales ꝙ ardor inordina-
tus multū ē nociu᷒. vt in febricitantib᷒ q̄ ma
ximū aliq̄n patiunẗ calorē Iđ tales appetūt
infrigidari vel refrigerari. ⁊ hec refrigeratō
pōt fieri p ptiſanā qui ē potuſ vtilis febricitā
tibus ⁊ calidas paſſiones habentibus. q꞉ vt
dicit Pli. in ſpe. na. ⁊ glo. ſup. ij. Regum. j.
Hec aqua mitigat calorē ⁊ alterat. ſitimqꝫ ſe
dat. Spūaliter totus mundus ē in ardore in
ordinato auaricie. luxurie ⁊ ſupbie. ſm illđ
j. Johis. ij. Oē qđ eſt in mūdo. aut ē ꝯcupi-
ſcētia carnis aut cōcupiſcētia oculoꝝ. aut ſu
perbia vite. Ideo dicit in eadem cano. ꝙ to-
tus mundus in maligno poſitus ē. i. in malo
igne cōcupiſcētiaꝝ predictaꝝ. ⁊ hunc ignem
fecit diabolus vt totus mundus inde inflā-
maretur. ⁊ eſt valde nociuus. quia tandē p-
ducit ad mortem culpe ⁊ gehenne. Idcirco
contra hunc malum eſtum dat᷒ ē ſpūſſanct᷒

in ſpē flatus vel venti. ſm illud. Act. ij. Fa/
ctꝰ ē repente de celo ſonus tanꝗ̄ aduenientis
ſpūs vehemētis. i. venti. Et hꝫ iō vt talem ar
dorē refrigeraret. ⁊ hūc debemꝰ ad nos tra-
here. Recte ſicut facit draco q̄ ē aīal calidū
⁊ ſitibundū. vt dicit glo. ſup Leuit. xiiij. ꝙ
vix pōt in aqua ſatiari. et iō aperit os ſuum
cōtra ventū ⁊ ſic extinguit ardorē ſitis. ⁊ qꝛ
maximus ē ventꝰ cū velū nauis volat ad ip-
ſum. vt ibi hauriat ventū frigidū. ⁊ qñꝗ̄ ꝓ/
pter magnitudinē corporis ſubuertit nauem
ſed naute qñ vident appropinquare ipſū de
ponūt velum vt euadant periculum. ⁊ ꝑ hoc
itelligunt potatores. qui ita ſunt ſitibundi.
qꝛ in aquis luxurie ⁊ auaricie nō poſſunt ſa-
tiari. Jō aperire debēt os ſuū cōtra ventum
ſpūſſancti. ⁊ ſic ſitim ſuā extinguūt ⁊ ſic fecit
Dauid qui dixit pſ. cxviij. Os meū aperui
⁊ attraxi ſpūm. Quinto miſſus ē ſpirituſſan
ctus vt infirmos adiuuet. Et hoc probat in
ſiſi. Videmꝰ eni ꝙ nauis ꝑ ſe deſcendit. duꝫ
eſt in mari aut flumine. ſed nō pōt aſcēdere
niſi ꝑ adiutoriū flantis venti in velo. Etiaꝫ
molendinū venti nō pōt molare ſine vento.
Jta ex nobis labimur in peccatū ⁊ in īfernū.
⁊ nō poſſumꝰ aſcendere in celū niſi per adiu-
toriū ſpūſſancti. Jō dicit ſanctꝰ Paulus ad
Roma. viij. Spūs adiuuet infirmitatē nr̄aꝫ
Et. pſ. xxxij. Spūs oris eiꝰ ōis virtꝰ eorum
ſcꝫ hominū. Quantū ad ſecūdū ē notanduꝫ.
ꝙ dn̄s largus vbicūꝗ̄ venerit portat ſecum
dona multa. ditādo illuꝫ ad quem venit. qđ
figuratū ē. Gen̄. xxx. vbi legit ꝙ patriarcha
Jacob ꝑgens meſopotamiam ad viꝝ cui no
men laban apud quē ꝑ aliqua fuit tp̄a. ⁊ ex
illius pn̄tia laban fuit ditatus. Jō dixit ad
eū Jacob. Modicū habuiſti anteꝗ̄ venirē
ad te. ⁊ nunc diues factꝰ es. bn̄dixitꝗ̄ tibi do
minus ad introitū meū. Et idē affirmat labā
dicēs. Jnueni grām in ꝯſpectu tuo. ⁊ expe-
rimēto didici. ꝙ bn̄dixit mihi deꝰ propter te
¶ Spūaliter ſpūſſanctꝰ ē dn̄s largiſſimus
ipe eni ē pater paupeꝝ. ſ. paſcēs paupes. ipe
dator muneꝝ omniū. Jō petijt eccl̄ia dicens
Veni pater paupeꝝ. veni dator muneꝝ. q. d
in aduentu tuo oēs paupes ſpūaliter ditant
⁊ oēs generalit remunerāt. Scit eni ſancta
eccl̄ia ꝙ aduentus huius dn̄i largiſſimi non
ē inanis. ſed multū proficuus. qꝛ portat ſecū
ſeptē dona in proprietatibus ignis deſigna-
ta. quibꝰ ditat illos ad quos venit. ¶ Pri
mū ē donuꝫ timoris. ⁊ ſignat in prima ignis
proprietate. que eſt ꝙ purgat metalla. q̄ ali-
as nō pn̄t purgari a rubigine ⁊ ſcoria. ſed ad
ignē ꝓiecta purgant. vt dicit mgr̄. lib. x. pro
prieta. Sic donū ſpūſſancti timoris purgat
mentē a rubigine peccati. Juxta illud Eccl̄i.
j. Timor dn̄i expellit peccatuꝫ. Cui ꝯcordat
b. Hiero. Nulla res ab oī peccato nos ſuat
ſic imunes ſic timor dn̄i. qꝛ expellit peccatuꝫ
⁊ timorē ſupplicij ⁊ hoc pꝫ Exo. j. đ obſtetri
cibus que deū timuerūt iō a peccato receſſe-
runt ⁊ pueros nō occiderūt. Jdē pꝫ. ij. Ma
chab. vj. de eleazaro q̄ deū timuit. Jō dixit
propt timorē dn̄i hec libent patior. Et notā-
dū ꝙ per hoc donū timoris ſpūſſāctꝰ ditat ho
mines ſpūaliter ⁊ interdū corporaliter. Qꝛ
dicit pſ. Nihil deeſt timentibꝰ deū. Et ideꝫ
intellexit Tob. qui dixit filio ſuo. c. iiij. No-
li timere fili mi pauperē quidē vitā gerimus
ſed habemus multa bona ſi timuerimꝰ deuꝫ
H Et hoc probat elemoſynarꝰ patriarcha
alexandrinꝰ de duobus ſutoribꝰ q̄ cōpatres
fuerūt. quoꝝ vnꝰ bonꝰ artifex. ⁊ ſemꝑ habu
it multa bona. Cui ſemel dixit pauꝑ. Jmpoſ
ſibile ē quin alia fruaris arte. cum ego meli-
or artifex ſemꝑ egeam ⁊ tu ſemꝑ abundas.
cui ille. Chariſſime ſcias me inueniſſe theſau
rū. ⁊ ſi iuraueris ſecretū velle tenere ducā te
mecū ad locū. ⁊ fecit ſic. Surgentes igit ma
ne vidētes eccl̄iam dixit abūdans pauperi.
intremus eccl̄iam ⁊ rogemꝰ deuꝫ. Primo ne
faciamus aliq̄d vn̄ malū accidat nobis ⁊ fe-
cerūt. et audiētes miſſam facta ē dies clara.
tunc dixit alteri. Ecce dies eſt redeamus do
mū vſꝗ̄ in aliā diē. ⁊ ſic ſecūda die ⁊ multo-
tiens fecerunt. ⁊ tandē illi dixit. Scias cha-
riſſime ꝙ nō inueni alios locos thezauroꝝ
niſi eccleſiā ⁊ timorē dn̄i. ⁊ cōfido in eū. ⁊ ſic
fac tu. ⁊ ſimiliter abūdabis. Qđ cū ille face-
ret ſimiliter abūdauit. Jō poſſum dicere in
his mechanicis. ꝙ ſubtilitas artificij eas nō
ditat ſi timor dei ibi nō fuerit. timeāt ergo de
um ⁊ certe abundabūt. Secūdū donū ſpūſ-
ſancti ē donū pietatis. ⁊ ſignificat in hac natu
ra ignis. qꝛ liquefacit dura vt aurū ⁊ argen-
tū. ⁊ facit ea fluxibilia. ſic ſpūſſanctus veni-
ens in cor hois per donū pietatis. facit illud
molle ⁊ ad fundēdū lachrymas. ſm illđ. pſ.
cxlvij. Flauit ſpūs tuus ⁊ fluent aq̄. ſ. lachry
maꝝ. ſicut pꝫ de maria magdalena. Luc. vij
que habuit cor duruꝫ dūmodo fuit in pecca
tis. ſed quācito venit ſpūſſanctꝰ ꝑ hoc donū
cor eius ſtatim factū fuit fluxibile. ita vt pe-
des ieſu largiſſime madidaret. ſic etiā ſpūſſā
ctus per hoc donū facit dura corda ad cōpa
tiendū proximis valde mollia ⁊ largit tribu
endum. Et hoc legit exemplo. ¶ Fuit qui
dam nomine Petrus tam duri cordis ꝙ nū-
ꝗ̄ alicui paupeꝝ de bonis ſuis aliq̄d dabat.

Quadam die multi paupes ↄuenerũt. ⁊ de eius parcitate tractauerũt. Tũc vnꝰ illoꝛum ait. Volo vadiare ꝙ a petro elemoſynã poꝛtabo. iuitq̱ʒ ad domũ eius ⁊ cepit ante mẽſaʒ eius infeſtare. nec ille voluit illum exaudire Cumq̱ʒ ſepiꝰ repulſam pateret̃ illud videns paup petit vehementiꝰ. abire tñ noluit. Contigit aũt diuiti ꝙ calidus panis poꝛtaret̃ qđ vidẽs paup cepit vehemẽtius ꝓ elemoſyna rogare. ille aũt arrepto pãe mendicũ ꝓiecit dicẽs. vade ad diabolũ. Quẽ ille accipiens ad ſocios iuit. ⁊ eis geſta narrauit. Sʒ quare fuit tam durꝰ ad dandum pauperibꝰ. certe ideo. q꞉ ſpũmſanctũ nõ meruit accipere cum dono pietatis. Poſtq̃ʒ autem ſpũſſanctꝰ venit in coꝛ illius valde miſericoꝛs eſt effectus Cum eni predictus diues quadã vice iuit ad eccl̃iam. occurrit ei paup nudus petẽs ab eo veſtimentũ. qui ſtatim exuens optima veſtimenta dedit ei. ⁊ qui pꝛius dari pauperi noluit fruſtuʒ panis iam tribuit miſericoꝛditer optimũ veſtimẽtũ. ⁊ qui pꝛius cũ idignatione pauperem repulit. iam oĩbus petentibꝰ indifferent̃ pie tribuit. O admirabile donum ſpũſſancti. qđ dura coꝛda facit mollia ⁊ tenaces diuites facit tã ſubito miſericoꝛdes. Veni igit̃ o ſancte ſpũs cũ dono pietatis perfla oꝛtũ nr̃i coꝛdis ⁊ fluent aromata largitatis Tertium donum ſpũſſancti eſt donuʒ cõſilij ⁊ ſignificat̃ per hanc naturã ignis qua ſe eleuat ⁊ tendit in altũ. ſic̃ videmꝰ de flãma. Sic ſpũſſanctꝰ veniens cũ dono concilij. facit vt mens hominis ad deũ ſe eleuat. ⁊ que ſurſuʒ ſunt querat ⁊ ſapit. Q꞉ conſulit ei illud Apl̃i ad Coll̃. iij. Que ſurſũ ſunt ſapite. nõ que ſuper terrã. moꝛtificate mẽbꝛa veſtra que ſunt ſuper terrã. foꝛnicationẽ immũdiciã. libidinem ⁊ cõcupiſcẽtiam malã. ⁊ auariciã fugite Et hoc donũ ſpũſſancti habuit Joſeph. De quo legit̃ Geñ. xxxix. ꝙ vxoꝛ Putiphar videns. Joſeph ꝙ eẽt pulcher facie ⁊ decoꝛus aſpectu. dixit ei. doꝛmi mecũ. Jlle autẽ i hãc imũdiciã noluit ei aſſentire. Sed vñ habuit hoc. certe a ſpũſancto. qui ſuadet fugere foꝛnicationẽ ⁊ adulteria dicẽs ſ̃m apl̃m ad Hebꝛe. xiij. Foꝛnicatoꝛes ⁊ adulteros iudicabit dñs. i. cõdẽnabit. Quartũ donũ ẽ donum intellectus. ⁊ ſignatur per hanc naturã ignis. q꞉ lucet ⁊ loca tenebꝛoſa illuiat ſic ſpũſſanctꝰ ꝑ donũ intellectus veniens illuminat coꝛda noſtra tenebꝛoſa. Jdeo petebat Dauid. pſ̃. cxviij. dicens. Da mihi intellectũ vt diſcam mandata tua dñe. Jſtud donũ petere debẽt luxurioſi. in quibꝰ luxuria nõ fugat̃ melius niſi per intellectũ ſcripturaꝝ. iõ dic̃ Hiero. i epl̃a ad ruſticũ monachũ. ⁊ ponit̃ de conſe. diſ. v. c. Nunq̃ʒ. Nũq̃ʒ deuia ſit manꝰ tua ab vſu ſcripturaꝝ. ⁊ vitia carnis nõ amabis. Et hoc pʒ de quodam iuuene noĩe Valemon luxurioſo de quo refert Vale. in policrate. lib. vj. c. vlt̃. Q ſemel intrans ſcholas phoꝝ tertie noctis mane ⁊ totã noctẽ cõſumpſit in petulantia. quẽ vidẽs mgr̃ cepit diſputare contra vitia carnis. ⁊ ille audiens poſtergauit oẽm imũdiciã. ⁊ crinile ꝗ coꝛonatꝰ erat pꝛoiecit in terram. ⁊ ſubito in alium adoleſcentem ẽ mutatus. Quintũ donũ ẽ donũ foꝛtitudis ⁊ hoc ſignat̃ in natura ignis ꝙ conſolidat teſtam vel ollam. Sic ſpũſſanctus per donum foꝛtitudinis ↄfoꝛtat hoĩes ad foꝛtit̃ ſuſtinendum. ſic̃ patet de ſancto Stephano quem in tantũ roboꝛauit vt poſſet reſiſtere oĩbus aduerſarijs. Act̃. vij. Similit̃ de ſancto Paulo ad Roma. viij. cũ dixit. Quis nos ſepabit a charitate chꝛiſti. an gladiꝰ an fames. ⁊c̃. q. d. certe nõ. Jdẽ pʒ de alijs apl̃is. Nã petrꝰ qui pꝛius ancille vocẽ ꝑtimuit. poſtq̃ʒ accepit in die pentecoſtes ſpũmſanctũ tria milia hominum iudeoꝛum audacter inuaſit eis ꝓ̃dicando chꝛiſtũ ⁊ vicit eos. ⁊ ad fidẽq̱ʒ conuertit. Act̃. ij. ſimiliterq̱ʒ ⁊ de alijs apoſtolis dicit̃. Act̃. v. Jbant apoſtoli gaudentes a conſpectu conſilij. Sextum donũ eſt donũ ſcientie ⁊ ſignatur per naturã ignis. ꝙ cõgregat multa ligna in modicũ cinerem. ⁊ multa metalla in vnam maſſam. ſic ſpũſſanctus per donum ſcientie. Jdeo dicit. b. Berñ. Perfecte ſcire dat cũcta gaudia cognoſcere. Septimũ donũ eſt donũ ſapiẽtie. ⁊ notat̃ in natura ignis ꝙ frigida accẽdit. ſic ſpũſſanctꝰ ꝑ donũ ſapientie coꝛ hoĩs ignit. Jdeo dixit dñs Luc̃. xij Jgnẽ veni mittere in terra. ⁊ volo vt ardeat

Sermo in die coꝛpoꝛis chꝛiſti.

Caro mea vere ẽ cibus. ⁊ ſanguis meus vere ẽ potus. Joh. vj. A Sapiẽs pat̃familias quando viderit diẽ exitus ſui. ſiue moꝛtẽ appꝛopinq̃re ſolet filios filiaſq̱ʒ ſuas ⁊ amicos cõgregare. bona eis diſtribuendo. ⁊ teſtamẽtũ eis faciendo. Sed dũmodo ſanꝰ ẽ ⁊ ſuperſtes vtitur pꝛo ſe bonis. ſ̃m cõſiliũ ſapientis. Ecc̃i. xxxiij. Audite me oẽs magnati. ⁊ oẽs populi filio ⁊ mulieri fratri ⁊ amico. ne des ptãteʒ ſuper te in vita. ⁊ ne dederis alijs poſſeſſionem tuam. ne foꝛte peniteat te dum adhuc ſuperes et aſpiras. et immutabit te omnis caro melius eſt vt filij tui te rogent. q̃ʒ te reſpicere i manus filioꝛum tuoꝛum Et ſubdit Jn die cõſumptionis tue in tẽpoꝛe exitus tui di-

Nota diligenter

ſtribue hereditatē tuam. hec ille. Ita legit̄ fi
guratū. Gen̄. xlviij. de Jacob patriarcha q̄
iacēs in lecto ſuo vocauit filiū ſuū ioſeph di=
cēs. En morior. Idcirco dabo tibi terrā quā
de manu amorrei in gladio. ⁊ arcu acquiſiui
Et do tibi pre fratribus tuis. Ita legitur. j.
Mach. c. j. de Alexandro qui cū eēt trigita
duoꝝ annoꝝ. ⁊. xij. regnaſſet decidit i lectū
ſuū ⁊ cognouit ꝙ moreret̄. Vocauitqꝫ pue=
ros ſuos nobiles qui ſecū erāt nutriti a iuuē
tute. dimiſit illis regnū ſuū. Ad ꝓpoſitum.
Dn̄s nr̄ ieſus xp̄s ſapiēs paterfamilias. qui
habet duplicē familiaꝫ in celo ⁊ in terra. vi=
dēs tempus mortis ſue appropinquare. vt
tranſiret de hoc mūdo ad patreꝫ. ſuis ſanctl
apl'is ⁊ chariſſimis filijs inſtituit teſtamētuꝫ
corpꝰ ſuū in cibū ⁊ ſanguinē in potū tribuen
do. ſicut de hoc dicit. b. Augꝰ in ſermōe ho/
dierno. Vt tanti beneficij iugis in nobis ma
neret memoria. corpꝰ ſuū in cibū. ⁊ ſanguinē
ſuū in potū ſumendū fidelibꝰ dereliq̄t. Et h̄
figuratū ē Heſter. j. Aſuerus in tertio āno
imperij ſui fecit grāde cōuiuiū ꝑncipibꝰ ſuis
⁊ pueris multo tp̄e. qđ exponēs Nyco. de ly
ra dicit. Per aſueꝝ intelligit̄ chriſtꝰ q̄ in ter=
tio anno. hoc ē tp̄e grē qđ fuit tertiū tp̄s a tē
pore nature ⁊ tp̄e legis. fecit grāde ꝯuiuium
id ē inſtituendo ſuū venerabile ſacramentuꝫ
cunctis principibus. i. apl'is. de quibus dic̄
ps̄. xlvj. Cōſtitues eos ꝑncipes ſup oēm ter
ram. Et ſimiliter pueris ſuis. i. alijs xp̄ifide=
libus. ⁊ illud ꝯuiuiū durauit multo tp̄e vſqꝫ
in finē mundi. ſm illud Matth. xxviij. Ego
vobiſcū ſum. ſ. in ſacramēto. vſqꝫ ad cōſūma
tionē ſeculi. idē etiā figuratū ē Judi. xiiij vbi
legit̄ đ ꝯmedēte exiuit cibꝰ ⁊ đ forti egreſſa ē
dulcedo. ⁊c̄. Qđ intelligit̄ ſic de comedente
idē de chriſto q̄ comedit cuꝫ diſcipulis ſuis
exiuit cibus. i. eucha. ſacramentū. de quo ca
nit eccl'ia. Ecce panis angeloꝝ factꝰ cibꝰ via
toꝝ. Et de forti egreſſa ē dulcedo. i. melliflu=
um ſacr̄m. de quo Sap̄. xvj. Panē de celo p̄
ſtitiſti eis. om̄e delectamētū in ſe habentem
De hoc nobiliſſimo atqꝫ ſuauiſſimo cibo dic̄
thema. Caro mea. ⁊c̄. in quibus tria tangūt̄
Primo veritas ineffabilis. ibi. Caro mea ve
re. Secūdo vtilitas indicibilis. ibi Sicut mi
ſit me. Tertio dignitas incōꝑabilis. ibi. Nō
ſicut mādučauerūt. Pro quo notandū. poſt
labores magnos ⁊ longa bella. neceſſariꝰ eſt
cibus corꝑalis ꝓpter ꝯfortationē viriū ⁊ il/
luminationē oculoꝝ. qđ dicit Are. in ꝓpleu
matibꝰ. Cibati hoīes cibatiōis tp̄e in vultu
ſunt ceteriſqꝫ mēbris ameniores ⁊ fortiores.
Iō legit̄. j. Regl. xvij. ꝙ Jonathas filiꝰ ſaul
tota die pugnabat cōtra philiſteos. ꝙ ipſe p̄
laſſitudine nō videbat. ideo extendit ſummi
tatē lancee ⁊ intinxit in fauū mellis. ꝯuertit=
qꝫ manū in os ſuū comedit ⁊ cōfortatus ē ⁊ il
luminati ſunt oculi eiꝰ. Ideꝫ legit̄ de Helia
iij. Regl. xix. Qui cū fugeret a facie ieſabel.
⁊ laſſus ſederet ſuꝑ vnā iuniperū. Venit an
gelus dn̄i tetigit eū dicēs. Surge ⁊ comede
reſpexit ⁊ ecce ad caput ſuū ſubcinericiꝰ pa=
nis ⁊ vas aque comedit ⁊ bibit. ⁊ ꝯfortatꝰ ē
¶ Moraliter loquēdo nos ſumus quotti
die in labore ꝯtra diabolū q̄ quottidie nos i
pugnat. Qꝛ dicit Gregꝰ. xxiiij. moraliū. Qđ
eni egit in paradiſo hoc antiquus hoſtis non
vult deſerere in mūdo. Et quia habemꝰ tale
bellū ꝯtra diabolū. Iō valde neceſſariuꝫ eſt
nobis habere corpꝰ dn̄icū Ideo pro illo orat
Anſel. in li. medita. dicēs. Ecce animꝰ meus
fatigatꝰ ē veniēs de via cogitationū ab ipis
quas tranſiret cogitationibꝰ periculoſaꝫ pa=
tit̄ eſuriē. nō habeo ꝙ pono ante illū. ſū pau
per ⁊ egenꝰ. O diues oīm bonoꝝ da prādiū
ſuꝑne ſocietatis epulentiſſime largitor. da
laſſo cibū diſpſum. Iō ꝓponit nobis xp̄s ci
bum hodie valde dilectiſſimuꝫ ſui corꝑis. ſ.
ſacramentū. cū dicit. Caro mea vere ē cibꝰ. ⁊
ſanguis meus vere ē potꝰ. ¶ Circa qđ eſt
notādū. ꝙ ſb̄ vtraqꝫ ſpē huiꝰ ſacramēti totꝰ
xp̄s realiter ⁊ vere cōtinet̄. Teſte. b. Amb.
li. de officijs. In illo ſacr̄o totus xp̄s ē. Illđ
habet̄ de ſumma trini. ⁊ fide catho. c. firmiſ/
ſime. ibi dicit̄ xp̄s ſacerdos ⁊ ſacrificiū cuiꝰ
caro ⁊ ſanguis in ſacramēto altaris ſub ſpe=
ciebus panis ⁊ vini veracit̄ continet̄. Ideꝫ
habetur ex ore chriſti ad deuotū amandū in
horalogio. ſap̄. libꝰ. ij. c. iiij. Certiſſime ⁊ ve=
racit̄ ⁊ abſqꝫ om̄i dubitatiōe in h̄ ſacramēto
contineor deꝰ ⁊ homo. cū corpore ⁊ aīa. car=
ne ⁊ ſanguine. ſic̄ prodij ex vtero matris. ⁊ i
cruce pependi ac ſedeo ad dexterā pr̄is. Sꝫ
quare corpus meū in ſacramēto ꝯtineat̄ nul
la lingua valet explicare. neqꝫ ſenſus aliquiſ
ꝑcipe. nec rō hūana valet ꝯp̄hendere. ſꝫ ſoli
fidei cōuenit hoc ſcire. Ex quo dicto patꝫ ꝙ
ſub vtraqꝫ ſpecie ſacr̄i ſūt xp̄i diuinitas. aīa.
corpus. ſanguis integralit̄. ſꝫ tn̄ alit̄ ⁊ aliter
qꝛ ſub ſpē panis ē totuꝫ corpꝰ xp̄i ex vi ſacr̄i
tanqꝫ terminꝰ ꝯſecratōis. eo ꝙ ſolū i corpus
xp̄i ſb̄a panis vertit̄. aīa vō xp̄i ⁊ ſanguiſ ſūt
ibi ex naturali comitātia. diuinitas vō abſo
lute ꝯſiderata ē ibi de ꝑ ſe rōne ſue imēſitatl
ſimiliter ſub ſpēbus vini ē tantū ſanguis xp̄i
ex vi ſacramēti directe tanqꝫ terminꝰ per ſe
rōne ꝯſecrationis. corpꝰ vero ⁊ anima ⁊ dei
tas ſanguini vnita ſunt ibi ex reali vel natu=

tali cõcomitãtia. Ex his iã dict} põt illumia
ri error deteſtabilis quorũdã hereticoꝝ qui
dei virtutẽ iuxta reꝝ naturaliũ metiẽtes in
tantã auſi ſũt ꝓſilire inſaniã vt dicere nõ ve
rent̃ in altari poſt cõſecrationẽ nõ eẽ corpus
xp̃i qð traxit de v̾gine. nec ſanguinẽ quem ꝑ
nobis fudit in cruce. nec ſubſtãtiã panis ⁊ vi
ni in ſubſtãtiã panis. ⁊ vini in ſubſtãtiã car-
nis ⁊ ſanguinis cõuerti. De quoꝝ numero
fuit Berengari⁹. de cui⁹ reuocatiõe. ⁊ ei⁹ er-
roris abiuratiõe facta ẽ ꝯuocatio corã papa
Nico. ⁊ cẽtũ ⁊ xiij. epĩs. vt hr̃ de ꝯſe. diſ. ij. c
Ego berẽgari⁹. Sꝫ hũc errorẽ mgr̃ Wicleff
de anglia reuocauit. aſſerẽs xp̃m nõ eẽ in ſa-
cramẽto realit̃ ⁊ vere i ꝓpria pſona corpali
Cõtra qð dixit xp̃s Joh. vj. Caro mea vere
ẽ cib⁹. q. d. Cib⁹ ẽ angeloꝝ quẽ cernitis in al
tari p⁹ cõſecrationẽ ẽ vere caro mea. quã tra
xi de virgine. ⁊ pot⁹ ẽ vere ſanguis. quẽ pro
vobis fudi in cruce. Natura eni fortificat fi-
dẽ nr̃am in ſacr̃o hoc. ¶ Nã in hybernia
ẽ lacus in quẽ q̃cũq; palus figit̃ exteri⁹ ſuper
aquã ẽ ferrũ. in aqua lapis. Jdẽ in tuſſia eſt
fons q̃cquid ibi ꝓijcit̃ fit lapis. Unde fride-
ricus impator experiri volẽs imiſit cirotecã
cũ annulo qð totũ ꝯuertebat̃ in lapidẽ. Et ſi
põt hoc natura facere. multomagis creator
naturaꝝ ꝯuertere põt panẽ in corp⁹ ſuũ ⁊ vi
nũ in ſanguinẽ virtute verboꝝ. Tunc ſubdi
tur. Qui mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ ſan
guinẽ. in me manet ⁊ ego in eo. Ex his v̾bis
⁊ alijs in hoc ca. Joh. vj. poſitis vbi dicitur
Niſi manducaueritis carnẽ filij hois ⁊ bibe
ritis ei⁹ ſanguinẽ. nõ habebit} vitã in vobis
quidã heretici pnicioſi traxerũt occaſionem
ſui erroris dicẽtes. Populũ laicaleꝫ debere
ſub duplici ſpecie cõicare. nõ intelligentes h̾
eẽ dictũ de ſpũali mãducatione. ſ. q̃ in chari-
tate ẽ. ⁊ in fide mãducat ſpũalit̃. Juxta illud
Augl. Crede ⁊ mãducaſti. Et Alexander de
halis in ſcripto ſuo ſup illud. Joh. vj. dicit.
ꝙ ſolus ſacerdos cõicat ſanguini. reliqui ve
ro nõ cõſecrãtes corpi. Jdẽ dicit Lyra i glo
ſa. ꝙ nõ ẽ intelligendũ ꝙ hoc ſacr̃m ſub vtra
q; ſpecie fidelibus ſit exhibendum. ſed tãtuꝫ
hoc modo a ſacerdote celebrante eſt ſumen-
dum. Licet enim populus in primitiua eccle
ſia ſub vtraq; ſpecie cõmunicaret. qð p⁹ pro
uide ordinatũ ẽ. vt non cõicet ſub ſpecie vi-
ni propt̃ periculũ effuſiõis. ¶ Qð aũt ta
lis cõicatio laicalis ẽ illicita ſub duplici ſpẽ
probat̃. qꝛ ẽ contra naturã. ſcripturã. ⁊ figu-
ram. Quo ad primũ probat̃ Joh. vj. vb idr.
Hic ẽ panis de celo deſcendens. ſi q̃s ex ipõ
mãducauerit nõ moriet̃. E ibidẽ. Hic eſt pa

nis qui de celo deſcendit. qui mãducat hunc
panẽ viuet in eternũ. Jtẽ ibidẽ. Panis quẽ
ego dabo caro mea ẽ ꝓ mundi vita. Ecce he
retice pntioſe ꝙ dñs tm̃ dicit de pane. ⁊ non
de vino. p hoc innuẽs mãducationẽ eucha.
ſufficere ſub vna ſpecie tm̃ ꝓ vita eterna ca-
peſcenda. Jtẽ habet̃ Luc. xv. ꝙ pater occi-
dit filio ꝓdigo reuertẽti ab errore vitulũ ſa-
ginatũ. p qð xp̃s ſignatur gr̃a pinguedinis.
vbi nulla fit mẽtio de bibitione. Jtẽ ꝓbatur
Matth. xiiij. Mar. vj. Luc. ix. Joh. vj. ꝙ
dñs ſatiauit q̃nq; milia hoim de q̃nq; pani-
bus. vbi tñ nulla mẽtio de vino. Et tñ hereti
ci nõ ppendũt ſumẽtes ꝓ ſe verba dñi. Joh
vj. Niſi manducaueritis carnẽ filij hois ⁊c̃.
ad defendendũ ſuũ errorẽ. Sed illud ꝙ ſeq̃-
tur nolunt reſpicere. qñ dñs dixit Johis vj.
Spũs ẽ q̃ viuificat. ⁊ ſpũalis ſenſus vitã cõ-
fert. q. d. Dicta mea oportet ſpũaliter intel-
ligere. qꝛ caro nihil prodeſt. q. d. ſi ſm ſenſũ
corporalẽ intelligeretis nihil vobis ꝓderint
ſed nocebũt. Et ſequit̃ ibidẽ. Joh. vj. Ver-
ba que ego locut⁹ ſum vobis. ſ. de mãducati
one carnis mee ⁊ ſanguinis ſpũs ⁊ vita ſunt
i. ſpũalia ⁊ vitalia. Nã legit̃ de duob⁹ diſci-
pulis eũtib⁹ in Emaus. Luc. vlt̃. quib⁹ ſolũ
tradidit corpus ſuũ. Quo ad ſecũdũ ꝓbat̃ i
figuris que ſunt quattuor ſm mgr̃m in li. ſen
tentiaꝝ. diſ. viij. ſ. ſacrificium melchiſedech
Agnus paſcalis. manna ⁊ ſanguis ⁊ aq̃ q̃ de
latere chriſti ꝓfluxerũt. Quantũ ad pmũ hr̃
ꝙ ſolũ ſacrificantes debent ſub duplici ſpe-
cie eucha. pcipe. qð figuratuꝫ ẽ in oblatione
melchiſedech. Geñ. xiiij. q̃ erat ſacerdos dei
altiſſimi. ⁊ obtulit panẽ ⁊ vinũ. De quo dic̃
Amb. ſup illo v̾bo Matth. xxvj. Accipite
⁊ manducate. Chriſt⁹ in cena obtulit ſuis di
ſcipulis qð melchiſedech repſentauit i figu-
ra. Jtẽ. Leuit̃. xvij. Sanguineꝫ dedi vobis
vt ſup altare in eo expietis illũ ꝓ aiab⁹ vr̃is
Jtẽ Deut̃. xij. de h̾ hr̃ vbi figurat̃. ꝙ ſoli ſa-
cerdotes debẽt eucha. ſacramẽtũ ſub dupli-
ci ſpecie pmittere. ⁊ ſi nõ conſecrarẽt ⁊ ſume
rent ſacr̃m ſanguinis xp̃i. diuiderẽt ſacr̃m ꝙ
ſine grãdi ſacrilegio ꝓuenire nõ põt. de con
ſe. diſ. ij. c. cõperim⁹. Et inciderẽt in cano. pe
nã q̃ eſt repulſio ad vnũ annũ a cõione. Sa-
cerdotes aũt nõ ſacrificãtes pñt cõicare ſub
vna ſpecie tm̃. ſm illud. j. Regl. ij. Dimitte
me obſecro ad vnã ptẽ ſacerdotalẽ ⁊ ꝯmedã
bucellã panis. Et ſic refert Euſebius ad da-
maſũ de morte glo̾ſi Hiero. q̃ ſacr̃m eucha.
ſub ſpẽ panis tm̃ accepit. Jteꝫ. b. Euſebius
cõicauit in extremis vt de eo ſcribit. beatus
Cirillus in epiſtola ad beatum Auguſtinuꝫ

Etiã cõicauit.b.Aug⁹ ĩ extremis de manib⁹
beati honorati epi. Itẽ agnus paſcalis ⁊ mã
na figurabãt xp̄m.⁊ in imolatiõe agni.Exo.
xiij.⁊ in manducatiõe mãne eiuſdẽ.xvj.nul-
la fiebat mentio de potatione. Jõ nõ ẽ dãdũ
laicis ſub vtraq; ſpecie eucharistie ſacramẽ/
tũ.Quo ad tertiũ ꝓbat̃ in natura.Qꝛ aliqui
naturaliter nõ bibunt vinũ nec pñt odorare
⁊ p ꝯſequẽs.nec ſꝫ ſpecieb⁹ vini cõicari pñt
Vñ refert.be.Greg⁹.in.iij.dialogo.c.iij.ꝙ
ſanct⁹ Agapit⁹ papa quẽdã claudũ ⁊ mutũ
cõicauit ſub vna ſpẽ dũmodo miſſaꝝ ſolẽnia
celebrauit.Et cũ corp⁹ xp̄i in os eius mitte=
ret ad loquendũ ẽ ſoluta lingua.Itẽ Alexan
der de halis in pte.iiij.ſumme ſue de natura
ſacri querit Vtrũ licet corpus xp̄i ſumere ſꝫ
ſpecie panis tm̄ ſine ſumptione ſpeciei vini.
Et rñdet ꝙ corpus integre ſumit̃ ſub vtraq;
ſpecie.bene licet ſumere chriſtum ſꝫ vna; ſpe
cie panis tm̄.ſiue vini tantũ. Qđ autẽ dicit
ſupra canõ.in.c.cõperim⁹.Intelligit̃ de con
ficiente Eccl'ia aũt illud ſacr̄m diſpenſare cõ
ſueuit ſub ſpecie panis tm̄ ꝑpter periculum
effuſionis.Etiã propter vitium infidelitatis
qđ ſe nõ imerito in fide ſimpliciũ mentib⁹ in=
gereret.ſi ſemp ſub ſpecie panis ⁊ vini dare
retur.poſſent enim ſimplices credere ꝙ xp̄s
nõ cõtineret̃ ſub altera ſpẽ integer. ¶ Dic
tñ Tho.de aquino.ꝙ laicis debet dari ſim=
plex vinũ nõ ꝯſecratũ.aut aqua ꝑ ablutione
non tamen propter aliquod myſterium.ſed
vt lauentur ora ſumentium ne remaneant ali
que reliquie euchariſtie infra dentes.Etiã
vt nõ ſeruetur euchariſtia in ore ꝑpter male
ficiũ exercendũ.vt expertũ fuit tp̄e Ambro.
epi.Quomodo in trunco apum hoſtia cõſe/
crata ꝑ mulierem fuit abſconſa vt apes au=
gerent̃.Cuius miraculi ſignum ꝙ ibi accidit
habet̃ hodie in mediolano.ſ.monſtrãtia ce/
rea quã apes corpori chriſti tunc fecerunt.
Et addit thomas ꝙ ſacerdoti ſemel ĩ die ſuf=
ficit cõicare.alijs aũt probatis ⁊ ꝑfectis ſuffi
cit de octaua in octauã.Cõmuni aũt populo
qui ſe nõ cũ magna deuotiõe occupat ſemel
in anno ſufficit. Idẽ dicit ſacerdos porrigẽs
alijs euchariſtiã ſub vna ſpẽ põt illa vel con=
ſilia verba dicere.Corpus ⁊ ſanguis dñi nr̄i
ieſu xp̄i ꝓficiat tibi in vitã eternã.Et non ſo=
lum corpus dñi nr̄i.Et dans vinuꝫ ſimplex
poteſt dicere.In noie dñi nr̄i ieſu xp̄i amen.
Itẽ Nico.de lyra ſuper illud Jobis.vj.di=
cit ſacramentum euchariſtie non ſoluꝫ ſacer=
doti ſumenti.ſed toti eccleſie ac etiam illis ꝙ
ſunt in purgatorio prodeſt.Et ratio eſt quia
nõ tantũ ẽ ſacramentum.ſed ⁊ ſacrificium ec

cleſie inquantũ continet chriſtum paſſum.et
ideo proficit oibus fidelibus. Si autẽ ſumi=
tur alio modo vt a laico tũc ꝓficit ſolũ ſumen
ti.qꝛ officium eius nõ eſt offerre ſacrificium.
ſed tantũ ſuſcipere ſacramentum. Item ſco=
tus in.iiij.diſ.viij.dicit Sacerdos poſt con=
ſecrationem habet rigidiſſimum mandatuꝫ
eccleſie.ad hoc ꝙ ꝑcipiat vtrumq;. ¶ Sꝫ
queritur hic Vtrum quottidie ſit celebrãdũ
vel cõicandum.videtur ꝙ non.quia dicit.b
Augu.⁊ ponit̃ de cõſe.diſ.ij.c.quottidie ce=
lebrare nec laudo nec vitupero.In cõtrariũ
habetur dictũ ſancti Amb.in li.de ſacramẽ=
tis.Et ponit̃ de conſe.diſ.ij.c.Non iſte.vbi
dicitur ꝙ panis iſte ẽ quotidie ſumend⁹.vt
quottidie tibi proſit.ſed ſic viue vt quotidie
merearis accipere.Circa qđ notandum ĩ pri
mitiua eccleſia multitudinis credentiũ erat.
cor vnum ⁊ anima vna.Act̃.iiij.Et charitas
dei diffuſa erat in cordibus hominũ.vt etiaꝫ
pro fide chriſti certatim ad mortem currerẽt.
Ideo hoc ſacramẽtũ neceſſarium erat quot=
tidie ad mortem preparatis.Tunc eñi quot=
tidie communicabãt.Poſt vero creſcente ec
cleſia.⁊ ceſſante deuotione inſtitutũ fuit ꝙ đ
octaua in octauã fideles cõicarent.adhibito
hoc remedio vt pro eo ſingulis diebus oſcu=
lum pacis daretur.vt dicit Guil'.in rationa=
li diuinoꝝ.ſed heu creſcẽte malicia hominũ
ſtatuit.Fabianus papa.vt dicit magiſter in
iiij.diſ.xij.Et hr̄ de cõſe.diſ.ij. Et ſi non fre=
quentius.tamẽ ad minus ter in anno.ſcꝫ pa=
ſca.pentecoſten.⁊ in natiuitate dñi cõmuni=
carent.Sed heu creſcente malicia de nouo.
decreuit Innocentius.⁊ habetur de penit̃.
⁊ remiſſi.c.Omnis vtriuſq; ſexus.Qđ ſaltẽ
ad minus ſemel in anno quilibet chriſtifide=
lium cõmunicaret ſub pena excõmunicatio=
nis ⁊ carentie eccleſiaſtice ſepulture. ¶ Iſtis
ſic ſtantibus dicit Bonauentura.Si qs vi/
deat ſe eẽ in ſtatu primitiue eccleſie laudabi=
le eſt quottidie celebrare ⁊ cõmunicare.ſi au=
autem in ſtatu finalis eccleſie.vtputa frigid⁹
⁊ tardus conſulendum ẽ.vt raro cõmunicet
ſi autem medio modo debet ſe habere medio
modo.⁊ aliquãdo debet ceſſare.vt diſcat re/
uereri.⁊ aliquando debet accedere.vt in flã=
metur in amore.quia tali hoſtie debetur ho=
nor.debet̃ ⁊ amor.Et ſubdit.Omnes ratio=
nes que vident̃ habere ad quottidianã com
munionẽ intelligunt̃ ſtatuta ꝑparatiõe.q̃ in
pauciſſimis eſt vt ſemper vnde credo ꝙ ma=
iorẽ efficaciã recipit hõ in vna miſſa vel com
munione cũ bona ꝑparatiõe q̃ĩ multi ſi non
ſe bñ ꝑpararet diligent̃.Et ſꝫdit Vterq; eñi

dabit glīam deo. et q̄ māducat cū reuerētia ꝛ qui ex reuerentia dimittit. hec ille. Dīc tamen albert⁹. ꝙ qn̄ apes infirmant̄. tunc pluſ ſolito comedūt mel propt̄ pietatē quā habēt ad ipm̄. Per mel intelligit̄ ipſum corp⁹ xp̄i. q꞉ ſicut mel ē cibus hoīb⁹ ꝛ venenū ſerpentibus ꝛ draconib⁹ vt dicit Cōſtantin⁹. ſic corpus xp̄i eſt bonis dulcis ꝛ eternuſ. ſm̄ ꝙ dīc euāgeliū. Hic ē panis q̄ d̄ celo deſcēdit. ſi q̄s manducauerit hunc panē viuet in eternum. Sed malis ſerpētinis hoībus ē venenū. ſm̄ qd̄ canit eccl'ia. Mors eſt malis. vita bonis Et apl's. j. Cor. xj. Qui manducat ꝛ bibit indigne. iudiciū ſibi māducat ꝛ bibit. modo ſicut cū apes infirmant̄ auidius comedūt. ſic boni chriſtiani ex venialib⁹ peccatis ꝛ interdum ex mortalib⁹ oblitis. debēt frequenter ſumere hoc mellicū ſacramentum qd̄ deleat venialia peccata. Teſte Bern̄. qui ait. In ſacramēto altaris. peccata venialia delent̄. hō in gr̄a roborat̄. aīa celeſti dulcedine inebriat̄ Et idem dicit Amb. ꝛ habet̄ de ꝯſe diſ. ij. . c. In calice. Quotiēs effundit̄ ſanguis xp̄i in remiſſionē peccatoꝝ effundit̄. debeo ſemper accipere. q꞉ ſemꝑ pecco debeo accipe medicinam. Hic tm̄ Albertus dicit. Intellige de ſacrificantibus tm̄. ꝛ valet quotiēs effunditur i. in altari offert̄. in remiſſionē peccatoꝝ effūdit̄. i. offert̄. Delet etiā hoc mellifluū ſacramentū peccata oblita. ſm̄ illud Augꝰ. Cum corpus chriſti manducat̄ mortuus ſuſcitat̄. ꝛ peccator q̄ adhuc iacet in peccatis oblitis. ille per hoc ſacramentū ſurgit ad vitā gratie idō frequēter eſt ſumendū. Sed ad Augꝰ. qui dixit quottidie cōicare. nec laudo. nec vitupero. Dicit glo. brixienſ. ꝙ hoc dixit Aug⁹ ignorans mētes ſumentiū. vtrū ſint digni tā q̄ꝫ q̄ mentē alteri⁹ videre nō poterat.

In natiuitate Johis baptiſte Sermo p̄mus

Vir bonus es et bonum portans nuncium. ita ſcribit̄ ij. Regū. xviij. A Magiſter li. xij. de proprie. rerum dicit. Turtur eſt auis caſta ꝛ pudica valde diligens loca ſolitaria ꝛ deſerta. fugiens hominum conſortia. ꝙ ē auis caſta patet ex eo. Nam ſemel viduata nō vult habere parem. Teſte Alano in de planctu nature. Turtur inquit ſuo viduata ꝯſorte amorē epilogare. i. repetere. dedignans in altera bigamie refutabat ſocia. hec auis vernali accedente tp̄e aduenit. ꝛ nouitatē aduenientis tp̄is denūciat. querula quoq̄ꝫ voce prodit. Idō dicit̄ Cañ. ij. Jam enī hyems tranſijt imber abijt ꝛ receſſit. flores apparuerūt i terra noſtra. ꝛ vox turturis audita eſt in terra noſtra. B Spūaliter ꝑ turturē. b. Johes baptiſta intelligit̄. q꞉ recte ſicut in aduentu turturis hoīes ad gaudia excitant̄. Sic adueniente natiuitate iohis multi letant̄. quemadmodū angelus p̄dixerat patri ſuo zacharie. Erit inquit tibi gaudiū ꝛ exultatio. ꝛ multi in natiuitate ei⁹ gaudebūt. Luc. j. Iſte amabilis turtur Johes fuit valde caſtus. q꞉ perpetuus virgo. qd̄ pꝫ ex eo. q꞉ vitauit omnia que ſolent ad libidinē incitare. quoꝝ p̄ncipaliter ſūt quattuor Juxta illud poete. Veſtis pulchra. cibus largus. ociū quoq̄ꝫ ſomnus. Nam veſtis ſua nō fuit delicata nec pulchra ſed aſpera de pilis camelorū. quā ſuꝑ nudo corpore portabat. vt habet̄ Matth. iij. Cibus ſuus fuere locuſte. que ſm̄ Chryſ. ſunt volatilia mūda ꝛ parua que cocta i oleo pauperē p̄bent victū. Similiter comedit mel ſilueſtre. qd̄ ſm̄ Raba. ꝛ Tho. de aq̄no folia ſūt lata ꝛ rotunda lactei melleiq̄ꝫ colorꝭ. Hec iohes comedit. neq̄ꝫ vinum bibit. ſic predixerat angelus Luc. j. Vinū ꝛ ſicerā non bibit. Ipe autē fugit ꝯſortia hoim. ſm̄ ꝙ canit̄ de ipo. Antra deſerti tenerꝭ ſub annis. ciuiū turmas fugiēſ petiſti. ꝛc. idō i ſuo aduētu tp̄s nouū denūciauit diuq̄ꝫ cupitū. Cū dixit. Penitētiā agite appropinq̄bit enī regnū celoꝝ qd̄ pꝫ Mat. iij. ꝛ h̄ fuit valde inauditū. Idcirco v̄ba de ipo p̄ñt ꝯuenient̄ aſſumpta ſibi applicari. cū d̄r. Vir bon⁹ es. In q̄bus duo deſcribunt̄. Primo virilitas triūphantis. ibi. Vir bon⁹ es. Scd̄o ſublimitas nūciantꝭ. ibi. ꝛ bonū portas nūciū. De p̄mo ē notandū. dicunt naturales de lapidū naturis tractātes. ꝙ quidā lapis noīe pantron. ſumēs denoiationē a panthera aīali hꝫ hāc v̄tutē. ꝙ mane viſus illo die facit audacē hoīem ꝛ īuictū. ei⁹ bonitas claret ex hoc. ꝙ fere cū oībus lapidibus p̄cioſis ꝑticipat in colore. Cū albis eniꝫ ē alb⁹ cū pallidis pallid⁹. cū nigris niger. cū roſeis roſe⁹. cū purpureis purpure⁹. ꝛ ſic de alijs. Myſtice ꝑ hūc lapidē. b. Johes figuratur. q꞉ recte ſicut lapis iſte ſi mane videtur circa ortū ſolis. facit hoīeꝫ inuictū contra inimicos. ſic qui mane. hoc ē in natiuitate hui⁹ ſancti iohānis bap. ipm̄ inuocauerit ꝛ viderit oculis mētis inuictus manebit ab inimicis. Q꞉ dicitur per ſapientem. Qui mane vigilauerit ad me inueniet me. Prouerb. viij. Ipe enī in p̄mordio natiuitatꝭ diabolū ſupauit. ꝛ ab eo inuict⁹ fuit. Idō dicit beat⁹ Bernhardus in ſermone de natiuitate ſancti iohānis. Erubeſce lucifer qui mane oriebaris. q꞉ in nouiſſimo die tanquā perdix ſtultiſſimus

apparebis ſiue remanebis. tuis machinatio
nibus factū ē. vt hūani generis vniūſitas in
peccatis ꝯciperet̃ ⁊ naſceret̃ in triſticia. Sꝫ
iſte in vtero ſanctificat̃. orit̃ in gaudio. letici
amq̃ mundo ſua natiuitate infudit. ſed ecce
genus armature qđ tibi cōſtitueris ad victo
riam iohanni naſcitur ad coronam. Appre-
hende arma ⁊ ſcutū ⁊ toto malignitatis tue
ſpiritu debachare nec dirrūpere poter̄ iohā
nis p̄uilegiū. qđ benigna ſcribentis manꝰ ꝓ
prio caractere ſignauit. multū deceptꝰ mltuꝫ
deluſus es. an ignoras quia tibi vir bellator
ab adoleſcētia etiā a matris vtero cōſurgit.
Attēde igit̃ ordinē rei etiā ab ip̄is initijs ſue
ꝯceptiōis. ⁊ inuenies hūc validiori conamie
tuā fortitudinē eripuiſſe. hec Bern̄. Ecce q̄
viriliter a die natiuitatis ſue ꝯtra hoſtē triū
phauit. ¶ Cuius bonitas ⁊ excellētia ptꝫ
ex illo. q cū oībus ſanct̄ q̄ ſunt veri nobiliſſi
mi lapides plateas celeſt̄ hieruſalē ſumope
decorātes. participat in ſpecie ⁊ colore. Pri
mo participat cum angelis. Angeli enīꝫ ſm
Diony. in li. cele. hierar. habent officiū pur-
gandi. illuminādi. ⁊ pficiendi. q̄ be. Joh. ha
buit. Purgauit eni ab hoſtibꝰ ſcoriā pctōrū
q̄ habet̃ Luc. iij. Ois arbor q̄ non facit fru
ctū excidet̃ ⁊ i ignē mittet̃. Jō facite dignos
fructus pnie. Et inſtruxit cōem turbā publi
canos ⁊ milites. Habuit etiā officium illumi
nandi. Jō dixit de ip̄o ps̄. cxxxi. Paraui lu
cernā xp̄o meo. De hac lucerna dic̄ Chryſ.
Filiꝰ ille erat lucerna lucēs ⁊ ardēs. Joh. v.
De qua dicit ſpūſſanctus p os zacharie. Il-
luminare his q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mort̄
ſedēt. Et Luc. j. Habuit etiā officiū pficiēdi
iuxta illud q dixit angelus ibidem. Parare
dn̄o viā rectā. Et ppt̄ illa bn̄ angel̄ ſimilat̃.
iō dicit̃ Malach. iij. Ecce ego mitto angelū
meū ante faciē tuā. qui pparabit viā tuaꝫ an̄
te. Et q̄uis be. Joh. habet illa officia ange-
loꝝ. audeo tn̄ dicere q maior ē angelis. q̄ in
quē angeli deſiderāt ꝓſpicere. ip̄e manibꝰ te
tigit ⁊ baptizauit. ideo dicit. b. Bern̄. de eiꝰ
natiuitate. Stupet t̄ra. iordanis arridet mi-
rant̃ dn̄m ſabaoth intra manꝰ baptizant̄ in-
cludi. Quid ē Johannes. quē cherubin ⁊ ſe
raphin vix audent reſpicere. tu etiā nudum
tenere p̄ſumis. Et ſubdit. Adeſt Johes toti
us diuinitat̄ medius teſtis. q̄ terrā excedit.
tranſit celum. ipſamq̄ v̄tutē angelice digni
tatis attingit. Scđo pticipat cū patriarchis
⁊ prophetis. Patriarche habuerūt pfectaꝫ
fidē ⁊ libertatē. pp hete aūt habebāt ſpm̄ ad
cognoſcendū preſētia. p̄terita ⁊ futura. Sic
beatus Johannes cuꝫ patriarchis habuit fi

dem de chriſto cum dixit. Ecce agnus dei.
Johannis. j. hoc quo ad humanitatem. Et
etiam de eius diuinitate cum dixit Luce. iij.
Venit fortior me poſt me. cuius non ſum di-
gnus corrigiam calciamentorum eius ſolue-
re. Super quo dicit Rabanus. Ego ſū for/
tis ad penitentiam inuitando ille fortior pec
cata remittēdo. Ego regnum celoꝝ parādo.
ille donando. Fuit etiam liberalis. q̄ omnia
liberalit̃ dimiſit ⁊ in deſerto manſit. Qđ teſta
tur beatus Bernhardus in ſermone de nati
uitate eius. Reliquit iohannes hoies. mun-
dum fugit ⁊ neſcit. parentes aſpernat̃. Et in
ſolius diuinitatis apice btē cōtēplatiōis re-
quieſcit. Mira cōuerſio rerum. hominē vix
mundum ingreſſum mundi fugere gloriam
⁊ ſeculi cupiditates. hec ille. Habuit etiā cuꝫ
prophetis cognoſcendi ſpūm de p̄ſenti. p̄te-
rito ⁊ futuro. Johis. j. Qui poſt me venit.
ante me factus ē. Quāuis eni beatꝰ Johes
cum illis in predictis participauit. fuit tamē
maior q̄ propheta. Sicut teſtatur de ip̄o os
veritatis. Matth. j. Quid exiſtis videre in
deſertum prophetam. etiam dico vob pluſ-
q̄ propheta. Quare autem maior eſt q̄ pro-
pheta aut patriarcha. probat Bern̄. i ſermo
ne de natiuitate eius. Omnino inquit illorū
ſiue patriarchaꝝ ſiue prophetarum copula-
tus ſum ſocietate. nullam in ſermonibus vel
in rebꝰ de patre ⁊ filio ⁊ ſpūſancto. aperte fe-
ciſſe memoriā legit̃. Veni ergo vide filiū Za
charie deū ⁊ hominē proprijs manibus con
tinentē. vide q̄ celi aperiuntur. deſcēdit ſpi-
rituſſanctus in ſpecie columbe. ⁊ vox patriſ
audita ē. Hic ē filius meꝰ dilectus. Vide ad
ſacratiſſimā natiuitatē. celoꝝ palatia reſerā-
tur. pater audit̃ in voce. filius baptizat̃ i flu
mine. in ſpecie colūbe ſpirituſſanctus demō-
ſtratur. hec ille. ¶ Tertio pticipat cum apo-
ſtolis qui fuerunt a deo miſſi. ⁊ ſpūſancto re
pleti. ita beatus Johānes fuit miſſus a deo
ſm q dixit angelus. Luc. j. Ipſe preibit an-
te illū in ſpiritu ⁊ virtute helie. Fuit et ſpiri/
tuſancto repletus. ſed priuſquā diſcipuli.
Ipſe enim repletus eſt ſpirituſancto i vtero
matris q nulli apoſtolorum eſt conceſſum.
iō. b. Bern̄. in ſermone de eius natiuitate di
cit. Apoſtoli qui manibus ſuis tractauerūt
de v̄bo vite. cū ſpūmſanctū de ſaluatoris ce
perūt afflatu. vix quinquageſimo poſt reſur
rectionē die. ad illum gradum potuerunt ve
nire. vt diceretur de eis. Repleti ſūt omnes
ſpiritu ſancto. Hoc tamē legitur in vtero io-
hannē eſſe aſſecutū. qđ ap̄lica celſitudo tādē
lōgiori ꝑmiſſiōe meruit obtinere. hec Bern̄

Quarto ꝑticipat cū martyribꝰ q̄ fuerūt ſapientes. ſic̄ pꝫ in eoꝝ rn̄ſis. patiētes ſic̄ patet in iniurijs. conſtantes ſic̄ pꝫ in eoꝝ tormentis. ſic. b. Johes fuit ſapiens in rn̄ſis ⁊ v̄bis. vt dicit Chry. ſermo ſeuero leuiſq̃ fuit. Nā cū populū iudeoꝝ viriliť ⁊ frequēter cum rege audacter. cū proprijs diſcipulis leuiter cōferebat. Ipſiꝰ ſapia in rn̄ſis pꝫ Luc̄. iij. Qꝛ ſapienť eū interrogantibꝰ rn̄debat. ⁊ ſalubres doctrinas dabat. Habuit etiā patientiā pro iniurijs illatis. Qꝛ ſm Chryſ. ſuꝑ Matth. Q̄ herodes ei faciebat ꝑ iniuria. recepit pro bn̄ficio. ⁊ ira illiꝰ quaſi mia dei fruebatur qꝛ veꝝ gaudiū ſanctoꝝ ē exire de mūdo. habuit cōſtātiā in tormētis. qꝛ ꝑ iuſticia ꝯſtanter mortē tollerauit. Jō dixit Chry. ſuꝑ Mat. Sic̄ ſeruus poſtq̃ ꝯmiſſo oꝑe ⁊ ꝯpleto gaudet añ faciē dn̄i ſui apparere. ſic iohes ꝯmiſſo p̄dicatiōis myſterio ⁊ cōſūmato. letabať ad eū tranſire. Et nō ſolū de morte nō cōtriſtabať. ſed etiā dilationē vite ſue penā putabat. hec ille. Quinto ꝑticipauit cū cōfeſſoribus. qui carnē ſuā mortificauerūt. ſm q̄ precepit xp̄s Luc̄. xij. Sint lumbi veſtri p̄cincti. ſic beatus Johes carnē ſuā macerauit. qꝛ veſtis ſua erat de pilis cameloꝝ. cibꝰ locuſte vt antea p̄miſſum ē. Etiā ſicut ꝯfeſſores lucidā cōuerſationē habuerūt. iuxta illud Luc̄. xij. Lucerne ardētes in manibꝰ vr̄is. ita beatus Johes fuit tam lucide conuerſationis q̄ ab oībus xp̄s putabať Joh. j. Sexto participauit cū virginibꝰ. qꝛ fuit mente ⁊ corpore v̄go. Jō caniť de ip̄o. Neſciēs labē niuei pudoris. iō in cōfirmationē oīm p̄dictoꝝ Bern̄ dicit in ſermone vbi ſupra. Johes ē patriarcha. imo patriarchaꝝ vltimꝰ. ⁊ caput ꝓphetaꝝ. imo pluſq̃ propheta. Nā venientē nunciauit ⁊ digito demōſtrauit. Johes angelus ſed inter angelos electꝰ ē. Johes apl̄s. ſed inter apl̄os p̄mus p̄nceps. qꝛ p̄mus fuit miſſus a deo. Joh. euangeliſta. ſꝫ euāgelij inceptor p̄dicās euāgeliū ⁊ regnū. Johes martyr. ſꝫ ⁊ martyꝝ lumē inť natiuitatē ⁊ mortē xp̄i cōſtantiſſimi forma martyrij. Johes v̄go imo v̄ginitas inſignis pudicicie. Titulus ⁊ exēplū caſtitatis. hec Bern̄. Et tm̄ de primo.

Quātū ad ſecūdū poniť ſublimitas nūciantis cū dr̄. Et bonū portās nunciū. Circa qđ notandū. dicunt naturales q̄ lucifer inť oēs ſtellas ſole ⁊ lune exceptis ē lucidior. ⁊ nunciat ſolē proxime orituꝝ. qn̄ ſuꝑ noſtrū emiſperiū appropinquat. hec ſtella eadem via ſicut ſol oritur. ⁊ clariꝰ alijs oriri videť gaudium etiā facit egris in ſuo ortu. ⁊ ſic de alijs. ¶ Moraliť ꝑ luciferꝝ. b. Joh. optime p̄figuratur. Recte enim ſicut lucifer eadem via qua ſol oritur. ⁊ clarius alijs oriri videť. ſic beatus Johes qn̄ xp̄s ſol iuſticie venit. nam eodem angelo videlicet Gabriele fuit nunciatus. ſicut xp̄s mirabiliter cōceptus. qꝛ Johannes a matre ſterili fuit cōceptus. Ab eodem angelo fuit ei nomen impoſitū. vt ī euāgelio Luc̄. j. poteſt apparere. Sed vltra hāc p̄rogatiuā dicit Bern̄. in ſermone de natiuitate eius. Johem in hoc vltra xp̄m tollēdo. Conſidera inquit nūciantis ſublimitatē. loci dignitatē. diei reuerentiā. ⁊ tūc intelligere poteris ſupertolli gloriam Johis baptiſte ī genitura chriſto. Salua igiť ſaluatoris reuerentia. qꝛ nō derogamꝰ regi ſi militē honoramus. Ille creator. hic creatura digniori premonſtratiōe Johannes nunciať priꝰ q̄ xp̄s Chriſtus fortaſſis in talamo. Johes in templo. ⁊ nō ſolum in templo. ſꝫ circa ſancta ſanctorum in ſignum ſolennitatis diei coꝝ. Johannes ab eodē angelo in loco digniori. tp̄e ſanctiori miraculo predicatur. Et ſubdit Recole Iſaac ab angelo nunciatū. Sampſonē ꝑ angelū bn̄dictū. ⁊ vniuerſa maiorū facta circumſpice. ſolūq̃ baptiſtā inuenies in h̄ q̄ in alijs digniorē. ¶ Secūdo lucifer p̄ alijs ſtellis gaudentius ſplendet ⁊ gaudet. Ideo dicitur Jubar. eo q̄ iubar radioſū lumē a ſe emittit. ⁊ quia ita gaudenter oritur. ideo letificat egros. qui humiditatis nocte ſunt grauati. vt dicunt naturales. ſic ortus natiuitatis. b. Johis fuit p̄ alijs gaudioſius ⁊ ſolennis. ſm q̄ dicit. b. Bern̄. in ſermone de natiuitate eius. Natiuitas hoīs iſtiꝰ eſt gaudiū ⁊ ſolēnitas p̄clara. letať orbis ꝑ quattuor climata mūdi. Circūſonat glīoſe feſtiuitatis infantia. Ipſis etiā celicis celebrē ē. hec Bern̄. Hoc ē qđ angelus dixit in natiuitate eiꝰ multi gaudebūt Luc̄. j. Hodie eni gaudeāt peccatores egritudinē animarum habentes. qꝛ per iohannem ad penitentiā prouocantur. ⁊ porte celi eis reſeranť. quādo dixit. Penitētiam agite. appropinquat enim regnū celoꝝ q̄ a nullo antea ē auditū. iō dicit beatꝰ Bernhardus in ſermone. A principio mundi vſq̃ ad iohannem. vniuerſitatē humane electionē recollige. vel ī ſermone. vel opere celeſtis regni poteris reperire dulcedinem. Veni ergo ad Johannē. ⁊ audi vocem exultationis vocem leticie. verbum miſericordie. ſermonem glorie. largitatē gratie. qđ celauerat deus. tacuerat angelus. patriarche ⁊ prophete neſcierūt. Penitētiam inquit agite. appropinquat eni. ⁊c̄. Verbū penitētie dulce ⁊ glorioſum verbū regni celoꝝ. letū ⁊ adorandū

illi ſoli p̄mo ↄuenit q̄ p̄mo noui teſtamti po=
ſuit fundamētū. Hec ē vox illa de q̄ ille maxi
mus ↄtēplatoꝛ celeſtiū viſionū in h̄ v̄bo pſe
quit̄ p̄uſquā diu tanq̄ꝫ cytaredoꝝ cytarizan
tiū in cytaris ſuis a dieb⁹ ade vſq̄ꝫ ad Joh.
oꝛganū nr̄m v̄ſum ē in vocē flentiū. qꝛ pctōꝝ
frequētia nec pnie loc⁹. duplex erat deploꝛā
di materia occidis occidi iuberis. ſabbato li
gna colligitis lapidari iuberi. et ille cui miſe=
rere ꝓpꝛiū ē ꝛ parcere nō iuſſit. Johes nat⁹
oñdit vulneꝝ pctōꝝ medicamtū. pctō pniaꝫ
inq̄tati veniam. Eſt ꝛ hec p̄ma vox quā vox
clamantis in deſerto ꝓpoſuit. Et vox turtu=
ris audita ē in terra nr̄a Can̄. ij. Nunc pecca
toꝛibus pcit̄ regnat pietas iuſticia diſſit̄at ꝛ
miſericoꝛs dñs. hec ille. Ideo merito hodie
gaudere debēt peccatoꝛes. hodie etiā i oꝛtu
b. Johis gaudebat ꝛ mat̄ ſancta Elizabeth
qꝛ eā a maledictōe abſoluit. Gaudebat deus
qꝛ ſu⁹ legat⁹ naſcebat̄. Gaudebāt ꝛ illi q̄ erāt
in limbo de ſan. Joh. bap. qꝛ eis de aduentu
xp̄i nunciauit. q̄ eos de captiuitate diaboli li
berauit. Gaudebat ꝛ pat̄ ei⁹. qꝛ loquelā pdi=
tam reſtaurauit. Gaudebāt vicini ꝛ cognati
qꝛ nat⁹ fuit ille. q̄ ſtirpē oīuꝫ coꝝ dignificauit
Tertio lucifer clariſſimū hꝫ oꝛtū. qꝛ in eo nō
apparet aliq̄ macula. ſꝫ quaſi igneū p̄tendit
coloꝛē ꝛ ſcintillā. Jō. b. Joh. puriſſimum ha
buit oꝛtuꝫ. qui q̄uis in pctō oꝛiginali fuerit
nat⁹. tñ in vtero materno ſanctificatus eſt vt
moꝛtaliter peccare nō poſſet. qđ et Hieremie
donatū eē creuim⁹. Jō dic̄ Bern̄. i ſermone
de natiuitate ei⁹. Quicūq̄ꝫ đ maſſa p̄uarica/
trice ingredimur mūdū. teſtā oꝛiginal̄ crimi=
nis trahim⁹ nobiſcū. p̄ter q̄ꝫ ille q̄ peccatū nō
fecit. quē virginalis thalam⁹ ignoꝛāte viro
terris effudit. Cū igit̄ oēs i iniq̄tatib⁹ ↄcepti
ſunt. neminē vnq̄ꝫ moꝛtaliū infra interna vi=
ſcera ſanctificatū legim⁹. p̄ter Hiere. ꝛ Joh.
quāq̄ꝫ de ſingulari illa v̄gine maria nulla ſit
ambiguitas q̄n ip̄a maternis circūſcripta vi
ſcerib⁹ ſublimioꝛi ſanctificatiōis genere mū=
data ſit. Sꝫ minoꝛ longe Hiere. ſanctificatio
q̄ꝫ Joh. Ille q̄dē in mr̄is vtero ſanctificat⁹ h̄
ſpū ſancto repler⁹ fuiſſe ↄ̄gſcit̄. ꝛ multo excel
lenti⁹ ē repleri q̄ꝫ ſanctificari. Hec Bern̄. Et
qꝛ puriſſimi oꝛt⁹ ꝛ clariſſime vixit abſq̄ꝫ om̄i
pctō actuali. ſ. veniali ꝛ moꝛtali. Illud teſta=
tur. b. Aug. in ſermōe. ij. de ei⁹ decollatione
Quis inq̄t noſtrū audeat dicere. be. Johem
actu vel dicto. vel habitu vel victu peccaſſe
cui⁹ auſteritatē indumēti. cui⁹ parſimoniam
cibi euāgelica narrat hiſtoꝛia. Cui⁹ oē qđ le/
git̄ aut veritati teſtimoniū reddidit. aut eos
q̄ ↄtradicūt redarguit. quis in eius p̄coꝛdijs
peccati poterat eē loc⁹. quē ante natiuitatem
ↄſecrauit ſpūſſancti aduent⁹. q. d. null⁹. hec
ille. Quarto lucifer int̄ oēs planetas ē maioꝛ
p̄ter ſolē ꝛ lunā. ſic pꝫ cuilibet intuēti. ita. b.
Joh. excepto xp̄o ꝛ mr̄e ei⁹ bñdicta maioꝛ ē
omnib⁹ ſanctis ꝛ electis. Cui teſtimoniū ꝓ=
tulit os veritatis xp̄s Matth. xj. Inter na=
tos mulierū nō ſurrexit maioꝛ iohe baptiſta
In hoc ꝙ dicit natos. excludit v̄ginē mariā
Sed in hoc ꝙ addidit mulieꝝ xp̄m excipit.
qꝛ talis natus eſt de virgine. Idcirco dic̄. b.
Bern̄. in ſermone de natiuitate ei⁹. Non ap
pones mihi euāgeliſtam inter ceteros apl̄os
magis dilectū. nō apl̄oꝛum p̄ncipem omnib⁹
apl̄is antelatum. non vas electōis ad celi ter
tij ſecretum. tranſlatum. nec apoſtolicis ſplē
doꝛ audeat occurrere p̄curſoꝛi. qꝛ oēs iſti iaꝫ
metas adoleſcētie exceſſerunt cum veritate
pꝛobatū ē. inter natos mulierum nō ſurrexit
maioꝛ iohanne baptiſta. Cōſidera manſiōes
regni ꝛ vniuerſū oꝛdinē humane generatio=
nis perambula. ſolū q̄ꝫ. b. Joh. tam nouis q̄ꝫ
veteribus videbis eē pꝛepoſitum vel equalē
Et ſubdit. Johannes vbiq̄ꝫ maioꝛ in oībus
ſingularis. mirabilis ſuper oēs qui gloꝛioſe
nunciat⁹ ē. ita ſpecialit̄ in vtero matris ſan/
cto ſpū legit̄ repletus fuiſſe. Quē legiſtis in=
tra matris vteꝝ exaltaſſe. q. d. nullū. hec ille
Quinto ſolē lucifer nunciat in pꝛoximo oꝛi/
turum. qꝛ videmus quando oꝛit̄. ꝙ ſol ñ diu
tardās noſtrū aſcendit emiſperiū. ꝛ ſic luci=
fer ē bonus nuncius his qui in tenebꝛis ſunt
grauati. Ita. b. Joh. fuit bon⁹ nūci⁹ ꝙ xp̄s
ſol ver⁹ iuſticie in bꝛeui eēt naſciturus ſm̄ ꝙ
dicit. b. Aug. in ſermone. iiij. de ei⁹ natiuita=
te. In die beatiſſimi Johannis laudib⁹ cui⁹
natalem hodie celebꝛamus diem. q̄d potiſſi=
mū p̄dicē. neſcio. naſcēdo eni nunciauit ſal=
uatoꝛis aduentū. moꝛiendoq̄ꝫ ↄdēnauit he=
rodis inceſtū. hec ille. Jō bn̄ dictū ē i thema
te. vir bonus es ꝛ bonū poꝛtas nunciū. Et h̄
quo ad ſecundum. Rogemus.

¶ Sermo ſecūdus de ſcō Johe baptiſta.

Ille fuit lucerna
ardēs ꝛ lucēs. ita ſcribitur Joh. v.
A Dicit̄ in cōi ꝓuerbio. Quilibet ſacerdoſ
laudat ſuas reliquias. Et cauſa hui⁹ laudis
ē vt per cōmendationem reliquiaꝝ ꝛ ſancto=
rū populus ad deuotionem excitet̄. ꝛ ſic legi
tur. ij. Paral̄. v. ꝙ Salomon tēplo edificato
poſuit in illud arcā teſtamēti in qua erant re=
liquie. Virga aaron q̄ floꝛuit ꝛ fronduit ꝛ a=
migdalum pꝛoduxit. tabule teſtamēti ꝛ vꝛna
aurea hñs mānā. vt ſ ppl̄s ad deuotionē ex=

.citaret̄ ſacerdotes ⁊ leuite canebāt tub̄ ⁊ vo
ces in ſublimi tollētes. ceperūt laudare ⁊ di=
cere. Cōfitemi dn̄o qm̄ bonꝰ. qm̄ in ſeculum
mia eiꝰ. ps̄. cv. Moralit̄ xp̄s hic ꝑ ſacerdo=
tē certiſſime deſignat̄. qꝛ d ip̄o p̄dixit ps̄. cix
Jurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eum tu es ſacer=
dos in eter. ſm̄ ordi. melchiſe. Jſte ſacerdos
xp̄s habet duas eccl'ias. vnā militantē. aliaꝫ
triūphantē. Jn p̄ma hꝫ p̄cioſas reliq̄as ſan=
ctoꝝ corpora. Jn ſecūda aīas electoꝝ. Jux=
ta illud ps̄. xxxvj. Cuſtodi innocētiā ⁊ vide
equitatē. qm̄ ſunt reliquie hōi pacifico. Has
reliquias ip̄e in ſcripturis hincideꝗ multipl'r
ꝯmendauit dicēs per apl'm Heb. xj. Sancti
ꝑ fidē vicerūt regna opati ſūt iuſticiā. ⁊ lau/
des cuiuſlibet ſancti cōſueuit eccl'ia recitare
vt ppl's ad deuotionē ⁊ venerationē ſancto=
rū excitet̄. Jnter has reliquias xp̄s habuit
valde p̄cioſas q̄ fuerūt corpꝰ ⁊ aīa. b. Johis
baptiſte. q̄s ip̄e ꝑ ſe multipl'r cōmēdauit. vt
habet̄ Matth. xj. Ubi dixit eū eē ꝓphetaꝫ
⁊ inter cetera dixit. Amē dico vobis. Jnter
natos mulierū non ſurrexit maior Johe ba=
ptiſta. ⁊ hec laus ē approbata. ſm̄ ꝙ dic̄ apo
ſtolꝰ. ij. Cor. x. Nō eni q̄ ſeipſuꝫ ꝯmēdat ille
ꝓbatus ē. ſed quē deꝰ cōmēdat. Jō propter
maiorē approbationē ſue dignitatis laudat
ipſū xp̄s in verbis p̄aſſumptis dicēs. Jlle. ſ.
Johes erat lucerna ardens ⁊ lucens. Jn q̄/
bus v̄bis beatꝰ Johes p̄ncipal'r a tribꝰ ꝯmē
dat̄ Primo a fidei xp̄iane directione. ibi. Jl
le erat lucerna. Secūdo a frigiditatis hūane
accēſione. ibi ardens. Tertio a tenebroſitati
mūdane illuſtratione. ibi. ⁊ lucēs. ¶ De
p̄mo ē notandū. cōſuetudo ē ciuiū qui habi=
tant in ciuitatibꝰ. qn̄ vnꝰ in noctis tenebris
voluerit aliū viſitare. vel alias negocia ſua
expedire. faciunt ante ſe preire lucernā lumi
noſam. in qua ſunt diuerſa lumina applicata
⁊ hoc faciūt tum ꝓpter vie ꝑiculi euitationē
tū propt̄ glorie ſeculi oſtenſionē. tum etiā ꝓ=
pter latronū euaſionē. Jta xp̄s qui fuit ciuiſ
⁊ incola huius mūdi. ſm̄ ꝙ dicit ps̄. cxviij.
Jncola ego ſum in terra. Et volens viſitare
humanū genꝰ in nocte legis moſaice. ⁊ in te/
nebris vitioꝝ. qn̄ peccata totuꝫ mūdū offu=
ſcabant. p̄miſit ante ſe lucernā lucidiſſimam
ſanctū Johem bap. quē pat̄ ab eterno xp̄o fi
lio p̄parauit. ſm̄ vaticiniuꝫ in ꝑſona patris
paui lucernā xp̄o meo. ⁊ hoc fecit ꝓpter ini=
micoꝝ ꝯfuſionē ⁊ glorie ſue oſ̄ſionē. Jō ſub
dit̄. Jnimicos eiꝰ induā cōfuſione. ſup ipſū
autēꝫ efflorebit ſanctificatio mea. ps̄. cxxxj.
Qꝛ videmꝰ qn̄ in nocte lucerna p̄mittit̄ ſi la=
trones ſint in inſidijs vident̄ ⁊ ꝯfunduntur.

ſic ꝑ ip̄m Johem chriſti lucernam ꝯfuſi ſunt
inſidiatores ⁊ latrones cum ſua clara doctri
na cū dixit. Progenies viperaꝝ q̄s demon=
ſtrabit vobis fugere a vētura ira. Mat. iij.
⁊ Luc̄. iij. Jō dicit xp̄s ſic. Jlle erat lucerna
ardēs. ¶ Circa qd̄ vlteriꝰ ē ſciēdū ꝙ xp̄s
comparat Johem lucerne multis de cauſis.
Primo ideo. qꝛ lucerna lucet his q̄ retro va
dunt. aut q̄ eā in manibꝰ portāt. ne obſtacul'
ſe offendāt. ſic. b. Johes in vita ſua luxit. et
doctrina. qꝛ in vita ſua fuit oībus exemplari
⁊ luxit ſua doctrina illis q̄ erāt in tenebri pec
catoꝝ qn̄ dixit. Facite dignos fructꝰ pnīe. iā
enī ſecuris ad radicē poſita ē. Oīs enī arbor
que nō facit fructꝰ excidet̄ ⁊ i igneꝫ mittetur
Luc̄. iij. Jō dixit de ip̄o Joh. Chry. ſup illō
Matth. vj. Herodes tenuit Johem. Johā
nes ſchola v̄tutum. magiſter vite. ſanctitati
forma. iuſticie norma. virginitatis ſpeculuꝫ
tutor pudicitie. caſtitatis exēplū. via pnīe. fi
dei diſciplina Johes maior hoīe. par ange=
lis. peccatoꝝ venia. legis ſummuſ ſcriba. qꝛ
oīa p̄cepta legis ſummatim ſeruauit ⁊ ſpeci
alem legis intellectuꝫ habuit. Et ſubdit Jo=
hānes euāgelij ſanctio. ſilentiū ꝓphetarum
vox apoſtoloꝝ. lucerna mūdi. p̄curſor iudi=
cis. mediator xp̄i dn̄i. teſtis ⁊ totiꝰ nunciꝰ tri
nitatis. hec ille Ecce ꝙ. b. Johes fuit lucidiſ
ſimus manuductor errantiū. Scd̄o extingui
nō pōt lucerna a ventis flantibus. qꝛ circūq̄
ꝙ eſt obſtructa. ſi aūt apte lumē portaretur
a ventis fortaſſis extingueret̄. Jta. b. Joh.
nō potuit extingui a ventis tribulationum.
ideo bene figuratus ē per lucernam que erat
in tēplo quodam idoloꝝ. Refert Jſi. li. xvj.
c. de gēmis. De quodaꝫ lapide precioſo qui
abeſon noīatur. factum fuit candelabrum. ⁊
in templo veneris collocatum. in hoc cande=
labro erat lucerna ſic ardens ⁊ lucens ꝙ nul
la vmbra nec vlla poterit extingui tempeſta
te. Quia vt dicit Soli. de mirabili. mundi.
ꝙ p̄dictꝰ lapis. ſi ſemel accenſus fuerit extin
gui nō pōt. Jō beatꝰ Johannes cum ſemel a
deo fuit accenſus. vt eſſet lucerna mundi ex
tingui amodo nō potuit. nec blādicijs homi
num. nec tribulationibꝰ tormentoꝝ. quāuis
ſederet in tenebris. lucerna lucēs oīpotentis
amicus. Jō dixit xp̄s ad turbas. Matth. xj
Quid exiſtis in deſertū videre arūdinē ven
to agitatā. q. d. ſm̄ Greg. i omel'. Arundo a
vento agitat̄. ſic Johes nō eſt. qꝛ a ſtatꝰ ſui
rectitudine nulla rerum varietas inflectit. iō
de ipſo poteſt exponi illud Prouerb. xxxj.
Non extinguetur in nocte lucerna eius Ter
tio lucerna non habet lucem a ſeipſa. Sed

mutat aliunde. qꝛ ex ſe nullomodo luceret. ſic ſanctꝰ Johes nõ lucebat a ſeipſo ſꝫ a xp̃o ſicut videmꝰ in ſili in natura ſtellarum. Nã luci fer qui clare orit̃ ⁊ lucet illud lumẽ nõ hꝫ a ſe ipſo ſꝫ a ſole. Et ſi ſol lucẽ ſibi nõ mutuaret ne quaꝗ̃ terra illuſtraret. Ita. b. Johes q̃ luci⸗fero cõpat̃ vt in ſermone p̃cedente membro ſecũdo lucebat a xp̃o nõ a ſeipſo. Jõ dicit Jo hannes Chry. Uocãdo dñs lucernã Joheꝫ oſtẽdit qm̃ nõ a ſe lumẽ habebat. ſed a ſpũſ⸗ ſancti gr̃a. Jõ dꝛ de ipſo Joh. j. Nõ erat ille lux ſed vt teſtimoniũ ꝑhiberet de luie. i. xp̃o De quo ſubditur. Erat lux vera q̃ illuminat oẽm hominẽ in hũc mũdũ venientẽ. Et hoc ꝯſiderans Johes ꝙ ipſe non erat vera lucer⸗na ⁊ lux quãdo ante eũ venerũt ſacerdotes ⁊ leuite interrogãtes an eẽt chriſtus cõfeſſus eſt qꝛ nõ eẽt xp̃s. ¶ Sed vox clamãtis in deſerto. ⁊ hoc ẽ cõtra multos doctores cleri⸗cos vel laicos qui lumẽ intelligẽtie ſibi infu ſum ⁊ mutuatũ hr̃e eſtimãt a ſeipſis nolẽtes ſcire ꝙ oĩs ſapia a dño deo ẽ. ⁊ fuit cũ eo. ⁊ ẽ ante eũ. Ecci. j. Jõ tales merent̃ luie ſibi mu tuato nõnũꝗ̃ ſpoliari. ſic̃ de hoc legit̃ d̃ Ala no doctore magno qui tante fut ſuperbie. ꝙ oẽ lumẽ ſibi infuſũ intelligẽtie nõ a deo ſed a ſeipſo putaret. hic quodã die aſcẽdẽs kathe dram ſermonẽ ad clerum volẽs ſubtilit̃ forma/re ⁊ fabricare. ⁊ cũ incipere vellet. deꝰ omnẽ ſciam ab eo abſtulit. ita ꝙ loqui nõ poſſet la⸗tinum ideoma. Idcirco deſcendit confuſus ⁊ deo ſatiſfacere cupiẽs humilis factꝰ ẽ clau ſtrũ ſubintrauit. In quo ꝑ multos ãnos pa⸗uit porcos. Tandẽ ſurgẽtibꝰ hereticis facta ẽ cõgregatio clericorum ad hereticos deuincẽ⸗dos. ad quã quidã abbas illiꝰ clauſtri eſt vo catus. qd̃ cũ audiſſet Alanus abbateꝫ petijt vt cũ eo iret. ⁊ cũ ille renueret Alanus ſeque batur currũ. ⁊ cuꝫ ibi veniſſet vbi hereticos ſuꝑare nõ potuiſſent. Alanus iã humiliatus ab aplico petita licentia hereticos ſubtiliter deuicit. Ecce qui prius ſuꝑbus ꝑdidit lumẽ ſcie. poſtea humiliatꝰ reaſſũpſit. Jõ b. Joh. humiliter cognouit ⁊ cõfeſſus eſt ꝙ nõ eſſet chriſtus vt habet̃. Joh. j. ſcꝫ ꝙ ipſe a ſe lumẽ nõ accepiſſet. ſic ⁊ nos exẽplo illiꝰ facere de⸗bemus ⁊ omnẽ mẽtis illumiationẽ deo aſcri bamus. a quo omne datũ optimũ ⁊ oẽ do⸗nũ perfectũ ẽ. deſcendẽs a patre luminũ Ja cobi. j. Qꝛ dicit. b. Bern̄. in ſermone de nati uitate bti Johis. Quid ẽ ꝙ tot ⁊ tantis pre⸗conijs extollem ſi ipſum neglexerimꝰ in mo⸗ribus imitari. Tales eni eſſemus q̃les ſunt q̃ bene pugillantes laudãt. cũ ipſi tamẽ pugñre nõ audeant. Jõ oportet vt ipſm in humilita⸗te iſta imitemur. Quarto beatꝰ Johes lu/cerne cõpat̃ ꝓpter ſue lucis obumbrationeꝫ qꝛ videmus ꝙ lucerna accendit̃ ſi maior ap⸗portat̃ illa obumbrat̃. Recte ſicut videmus in lucernis mũdi. Nã ſole veniente lumen lu ne minuit̃ ⁊ obũbrat̃. Sic fama Johis veni ente chriſto fuit diminuta. Jõ dixit. be. Jo⸗hannes Illũ oportet creſcere me aũt minui. Joh. iij. Sic etiã naturalit̃ videmꝰ ꝙ non ſo lum ſol obũbrat lunã ſed alias ſtellas. etiã lu ciferum q̃uis fulget radioſe ⁊ nõ expectat eiuſ occaſum ſm̃ qd̃ dicit Chryſ. Sicut eni pre⸗ceſſit lucifer ſic lux ſolis nõ expectat occaſuꝫ luciferi. ſed eo p̃cedẽte egredit̃ ⁊ lumẽ ſolis obſcurat eiꝰ candorẽ. ſic ⁊ xp̃s nõ expectauit vt Johes curſuꝫ ſuũ expleret. ſed adhuc eo docẽte. Ad idẽ dicit Theophilus. ſicut alio rum luminũ adueniẽte lumẽ extingui videt̃ cũ nõ ſit ſm̃ veritatẽ extinctũ. ſic p̃curſor tã⸗ꝗ̃ ſtella a ſole celatꝰ minuebat̃. Quinto dici tur lucerna ꝓpter ſuã cõſũmationem. Recte eni ſicut lucerna alijs ſeruiendo ſe conſumit ita. b. Johannes propter noſtrã vtilitateꝫ ⁊ exemplũ ſubſtantiã ſuã cõſumit corpus ſuũ porrigendo cõſumpſit vitã ſuaꝫ pro iuſticia moriendo. Conſumpſit famam ſuã ipſam mi nuendo qꝛ cũ a iudeis chriſtꝰ crederet̃ famã iſtã extinxit. ⁊ ſe valde humiliauit dicens ſe nõ eſſe Heliam nec Hieremiã nec ꝓphetam vt habet̃ Joh. j. In hoc debemꝰ. b. Johem imitari. ⁊ ſi nõ in toto tñ in parte poſſibili. iõ dicit Bern̄. in ſermone de natiuitate eius. ſi nõ poſſumus eũ imitari in cõtemptu mundi ⁊ diuitiarum temporalia bona dimittẽdo ⁊ i vi ta heremitica. imitemur tamen in temporan tia habentes victũ ⁊ veſtitũ ⁊ his contẽti ſi⸗mus. alia pauperibꝰ erogãtes. Et ſi non poſ ſumus ſequi in vite auſteritate ⁊ carnis ma⸗ceratione. ſequamur tñ his temporalibꝰ non abutẽdo delitias. veſtes ⁊ ſuꝑflua deſideria reſecando. hec Bern̄. ⁊ tm̃ de p̃mo. Quãtuꝫ ad ſecũdũ deſcribit̃ a fragilitati humane ac⸗cenſione cũ dicit̃ ardens. Circa qd̃ notandũ dicũt naturales ꝙ luciſer quando mane orit̃ ſplendorẽ habet rubeũ ⁊ candentem electro ſimilẽ ⁊ quaſi ardẽs videt̃ ſcintillare. ita bea tus Johannes in ortu ſue natiuitatis arde⸗bat igne charitatis. Nam cum abundaret in iquitas ⁊ frigeſcebat multoruꝫ charitas ipſe tactus dolore intrinſecus ſurrexit velud He lyas tanꝗ̃ ignis ardens. ⁊ verbum eius qua ſi facula ardebat vt accenderet corda frigidi tatis humane. ideo dicit beatus Amb. in ſer mone de natiuitate dñi. Iſtũ ſolẽ mundi pri us ꝗ̃ oriatur adhuc ante lucẽ p̃cedit lucerna

ardens.ſic ⁊ chriſtus ſol habet lucernam ſu=
am que ante ipm p̄ceſſit. Subdit propheta.
Parauí lucernā xp̄o meo. Que aūt ſit iſta lu
cerna.oſtendit dn̄s de Johanne. ille erat lu
cerna ardēs ⁊ lucēs Et ſubdit an nō ardebat
cū phariſeis dicebat Genimina viperarum
quis oſ̄dit vobis fugere a ventura ira dei.
an nō ardebat qn̄ Herodē corripiebat. Non
inquit licet tibi habere vxorē fratris tui. ⁊c̄.
hec Amb. beatus Hiero. dicit. Vere beatuſ
Johānes ardens vehementer accenſus fuit
quē preoccupauit flāma celeſtis vt iam chri
ſti ſentiret aduentum qui nōdū poterat ſenti
re ſeipſum. E Et propt̄ talē ardorē aſſilat̄
Johānes carbūculo lapidi p̄cioſo. De quo
refert Iſi. li. xvij. c. xiij. Carbunculus vt car
bo ē cuius fulgur nec in nocte vincit̄ nec ob=
ſcuratur. lucet eni in tenebris adeo vt flāmaſ
ad oculos vibrat. et ille melior ē inter alios q̄
fulget ⁊ emittet radios vt ignis. ita. b. Johā
nes fuit more illius lapidis p̄cioſus ſeu nobi
lis qꝛ fuit ex nobilibꝰ parentibus. qꝛ pat̄ ſuꝰ
Zacharias fuit ſummꝰ ſacerdos. ⁊ mat̄ ſua
de filiabus Aaron ⁊ erant ambo iuſti ambu
lantes in mandatis dei. Luc̄. j. ⁊ ſic fuerunt
nobiles in corpore ⁊ aīa in quibus Johānes
ē eos imitatus vt verificet̄ illud Poeticum
Sequit̄ patrē ſua ꝑles. Jō dicit Beda. Jo/
hānes nō ſolū iuſtis parentibꝰ. ſed ex pontifi
cali ſtirpe natꝰ ē. ex iuſtis q̄ppe parentibꝰ vt
eo ꝯfidentiꝰ iuſticie p̄ceptū pp̄lo daret. De=
ſacerdotali vero vt eo potētius imitationeꝫ
ſacerdotij p̄dicaret. Fuit etiā Joh. ignitꝰ et
ardens vt carbo in diuino amore ⁊ ꝓximi cor/
rectione ⁊ dilectione. qꝛ ꝑ ſalute hoīm ſeipꝫ
quēadmodū carbo ignitꝰ ꝯſumebat. ⁊ alios
peccatores iflāmabat qn̄ dixit. Ego vox cla=
mātis in deſerto pate viā dn̄i. Et ſeq̄t̄. q̄niā
ex illo fuerūt igniti ⁊ illuminati qꝛ oīs Hie=
roſolyma ⁊ iudea. ⁊ oīs regio circa Jordanē
exibāt ad euꝫ ⁊ baptizabant̄ ab eo ꝯfitentes
peccata ſua vt habet̄ Matth. iij. ꝙ vtiq̄ꝫ nō
feciſſent niſi igniti fuiſſent. vtinā ⁊ nos etiaꝫ
hodie accēderemur ab eo vt peccata nr̄a con
fiteremur. Qualiter ignitus ⁊ ardens fuit q̄
ad deū patet in vita ſua qꝛ habebat veſtimē=
tū de pilis cameloꝝ ⁊ zonam pelliceam circa
lumbos ſuos. Eſce ſue erāt locuſte. ⁊ mel ſil
ueſtre. Matth. iij. Hec mādu cabat Johes
penitentiā ⁊ patiētiā p̄ferēs qui ſine peccato
viuēs fuit ſpūſancto repletus. Nos autē nō
ſumus prochdolor in dilectione dei ſic̄ iohā
nes ardētes ⁊ igniti. Nam plus penitētiam
agere debemus qui plus peccauimus. Non
ſolum ita penitemus abſtinēdo verꝫ etiā ſi at

tendamus campos ambulantes ad meſſem
piſces nantes in aquis. beſtias vagātes i ſil
uis. ⁊ aues volātes i aere velociter. que vix
noſtre gule ſufficiūt. ſuꝑaddimus herbas vt
vix ſufficiūt cāpi vaſte ſolitudines. ⁊ foſſata
ad cōficiendū ab apothecarijs cōfecta Johā
nes in cilicio de pilis cameloꝝ confecto peni
tentiam egit. nos aūt ⁊ ſi a p̄re nr̄o Adā pel
liceas tunicas ferre poſſimus tn̄ ꝓceſſimus
poſtea ad cortices herbaꝝ. id eſt ad linū. de=
inde ad ſtercus vermium hoc eſt ad ſericum
tandem ad lapides p̄cioſos qđ tamen ama/
bilis carbunculuſ. b. Johannes nūq̄ꝫ fecͥ ipe
nunq̄ꝫ extingui poteſt nec potuit ab ardore
charitatis. Nos aūt multotiēs extinguimur
iō pōt de nobis dici illud qm̄ abūdauit iniq̄=
tas refrigeſcit charitas multoꝝ iō eēt nobis
ſummopere neceſſariū vt adhuc circa nos ha
beremus ſanctū Johannē corporaliter qui
nos reaccenderet ⁊ igniret. ⁊ flāmas ſue cha
ritatis mentis noſtre ad oculos vibraret. et
hoc q̄ ad ſm F Quantū ad tertiū ꝯmen
dat̄ beatus Johannes a tenebroſitatis mun
dane illuſtratione cū ſubiungit̄ lucēs. Pro
quo ſciendū dicit Iſi. li. xij. ꝙ ē quedā beſtia
nomine noctiluca pua in ſtatura multos ha=
bens pedes. hec in tenebris lucet vt candela
in luce aūt plena ē obſcura. noctis enim tene
bras illuminat. ſed hec lux in die obſcuratur
Per hanc beſtiolā Johannes deſignat̄ qui
luxit in tenebris primo. hoc eſt in vtero ma=
terno. qn̄ ſpiritusſancto repletus eſt qui eſt
verum lumen ⁊ cordium illuſtrator xp̄m ad=
eſſe cognouit cū in p̄ſītia ſua exultauit. Ideo
dicit. b. Augꝰ. Celū ⁊ terrā nōdū vidit. crea
torē celi ⁊ terre cognouit. et ſic iſta lucerna lu
xit ſub modio. Contra illud. Nemo lucernā
accendit ⁊ ponit ſub modio ⁊ in abſcondito
ſed ponit ſuꝑ candelabꝝ vt qui ingrediātur
lumen videant. Luc̄. xj. Quia hec lucerna
beatus Johannes poſita eſt ſub modio hoc
eſt in vtero occulte. ⁊ tamē luxit quādo chri
ſtum cognouit. Etiā matri luxit vt dn̄i mr̄eꝫ
etiam recognoſceret quando dixit. vnde mi=
hi hoc ꝙ mater dn̄i mei veniat ad me. Luc̄.
j. Qꝛ videmus ꝙ lumen accenditur ⁊ lucer=
na illuſtrat̄. ſic Eliſabeth illumiata fuit a io=
hanne. Iſta autem lucerna poſtea poſita ſu=
per candelabruꝫ mirabiliter luxit. qꝛ chriſtū
digito monſtrauit cum dixit. Ecce agnꝰ dei
ecce qui tollit peccata mundi. Joh. j. luxit in
mundo per ſuam ſanam doctrinam que fuit
ad penitentiam faciendam cum dixit penitē=
tiam agite. Matth. iij. Luxit per conuerſa=
tionem bonam Teſte. Chry. ſuper Matth.

Cõuerſatio iohannis omniũ hominũ vitam
culpabilẽ apparere facit quẽadmodũ ſi vide
ris veſtẽ candidã dicis. qꝛ ſatis pulchra eſt
quã ſi ſupra niuẽ locauer[is] incipit reſpectu ni
uis ſordida eẽ que tibi ſatis pri⁹ decora vide
baẗ eẽ. q. d. Chry. Si cõuerſationẽ alioꝝ vi-
deris diceres qꝛ bona ẽ. ſi aũt ad cõuerſatio-
nẽ Johis cõpaueris ſordida incipit appare-
re. Luxit etiã. b. Johes xp̄o ſibi viã faciẽdo
quia videmus anteq̄ȝ ſol perfecte oriẗ radioſ
p̄mittit q̄ celũ illuminant ⁊ ei faciunt viaȝ ſi-
cut hoc teſtaẗ Chry. ſuper Matth. Sol in-
quit aopropians anteq̄ȝ appareat mittit ra-
dios ſuos ⁊ albeſcere facit orientẽ vt p̄cedẽſ
aurora aduentũ diei demonſtrat. Sic domi
nus natus in mũdo anteq̄ȝ appareret per do
ctrinã ſpũs ſui fulgore tranſmiſſo illumiauit
Johannẽ vt p̄cedens ille aduentũ denũciat
ſaluatoris. hec ille. Et q̄ȝuis be. Johes ſic in
vtero ⁊ in mũdo luxit hoc tñ fuit in nocte. iõ
cum venit lumen verum diei gratie tunc ob-
ſcuratus fuit ⁊ per mortẽ extinctus. ⁊ ſic lu-
xit illis qui erãt in tenebris inferni ẜm q̄ p̄di
xit Zacharias pater eius. Luc. j. Illumina-
re his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſe-
dent. Ideo bene diciẗ q̄ Johannes fuit lu-
cerna lucẽs tam in vtero ⁊ in mundo q̄ȝ i lim
bo. et hoc quo ad tertium.

Sermo tertius de ſcõ Johe baptiſta.

FUit hõ miſſus a deo cui nomẽ erat Johes. Joh.
j. Conſuetudo ẽ magnoꝝ dñorum
quando venire volunt ad aliquã regionẽ va
rios p̄mittunt nuncios q̄ eoꝝ aduentũ annũ
ciant incolis illius regionis. Cum autẽ in p-
ximo iã aduenerit ſolenniorẽ dirigũt nũciuȝ
qui aduentũ in breui affuturꝝ anuũciat. Idẽ
videmus in natura q̄ ſol q̄ ẽ rex oium plane
taꝝ ⁊ dñs ẜm Amb. in exame. anteq̄ȝ venit
ad terrã noſtre regionis varios p̄mittit nun
cios. ſ. ſtellas ortũ ſuũ p̄dicãtes. cum aũt p-
elegit que nō auferet ab ea. Luc. x.

¶ De eadem Sermo tertius.

Rogabat Jeſum

quidā phariſe' vt māducaret cū illo
Jta ſcribit Luc. vij. Albertus in. iiij. ſue ſū-
me dicit ꝙ vent' aquilonis ē foꝛtiſſimi flatuſ
eradicās arboꝛes ⁊ edificiā foꝛtia. reijciēs eti
am abſcidit pluuias ⁊ claudit poꝛos tre. Cu
ius rō eſt. qꝛ aquilo ē frigidus multū ⁊ gene
rat in loco multuz frigido ⁊ inhabitabili. qꝛ
ibi nullus pp̄ter frigiditatē pōt habitare. ſȝ
econtra vent' meridionalis ē calidus. ⁊ plu-
uiaꝝ multiplicatiuus. qꝛ aperit poꝛos terre.
ſic ꝙ materia pōt eleuari ⁊ in pluuiā ꝯuerti.
⁊ ſic pōt terrā fecūdare. vt dic Auic. in li. de
elemētis. ¶ Spūalit p aquilonē intelligi-
tur diabol'. de q̄ dr̄ Hiere. j. Ab aquilone pā
det oīe malū. qꝛ oīe malū peccati ab ipo p
cedit. hic ē foꝛtiſſime nature. Juxta illd Job
xlj. Non ē ptās ſuper terram que cōparetur
ei. qꝛ foꝛtis ē nec vllum timet ergo qn̄ flat cō-
tra homines q̄ ei nō reſiſtūt illos deijcit in lo
cum luxurie vel peccati ſicut fecit regi dauid
quē pꝛoiecit in ſtercus adulterij. vt habet. ij
Regl. xj. Similit ſalomon quē iecit in amo-
rem alienigenaꝝ mulieꝝ. iij. Regl. xj. Jdē fe
cit marie magda. quā pꝛiecit in pfundū luxu-
rie ⁊ alioꝝ peccatoꝝ vt ꝯuenient dici potuiſ
ſet illud pſ. lxviij. Jnfixus ſum in limo pfū-
di ⁊ nō ē ſuba. Recte ſicut arboꝛ qn̄ a vento
deijcit que pꝛi' floꝛida fuit. indiſpoſita fit et
marceſcit. Abſcidit etiam diabolus pluuias
lachꝛymaꝝ. qꝛ vbi ē in mēte pctm̄ criminale
hō nō pōt flere p delict. qn̄ aūt flat auſter h
ē gr̄a ſpūſſancti tunc multiplicant pluuie la-
chꝛymarū. qꝛ dicit Leo papa in ſermone. ab
ipo ſpūſancto ſunt lachꝛyme penitentiū. qd
patuit in dauid. qꝛ flat' ſpūſancto vberrime
fleuit p peccatis. Juxta illud pſ. vj. Laua-
bo per ſingulas noctes lectū meū lachꝛymis
meis ſtratū meū rigabo. Jō dicit alibi. Fla-
uit ſpūs ei' ⁊ fluent aq̄. Jdē pȝ de maria ma
gdal. q̄ in pctō fuit tā frigida. ꝙ deflere n̄ po
tuit. qn̄ aūt in ea flauit gr̄a ſpūſſancti vberri
mas lachꝛymas effudit. Jdō canit eccl'ia ho-
die dicēs. Flauit auſter ⁊ fugauit aq̄lonem
qn̄ lauit coꝛ marie penitēt imbꝛe ſpūſſancti.
⁊ hoc pȝ in euāgelio hodierno. Jn q̄ q̄dē pn-
cipalit. iiij. deſcribūt. Pꝛio xp̄i a phariſeo i
uitatio. ibi. Rogabat ieſuȝ. Scdo pcti a ma
ria deploꝛatio. ibi. ecce mulier. Tertio phari
ſei ꝯtra xp̄m murmuratio. ibi. vidēs autem.
Quarto mulier penitēt excuſatō. ibi. rn̄dēs
ihs ¶ De p̄mo ē notādū ꝙ ſapiētes hoīes
medicos fideles ⁊ ingros ꝯſueuert multiplr
honoꝛare iā eis reuerēt iclinādo ⁊ ſalutādo
⁊ a via coꝛā eiſ declinādo ⁊ q̄nq̄ ipos ad mē
ſas iuitādo qꝛ p̄cipit h a ſpūſancto p os ſapi
ent Ecci. xxxviij. Honoꝛa medicū pp̄ter ne
ceſſitatē coꝛpis tui. eteni illum creauit altiſſi
mus. Jta refert Joſeph' de ſeipſo i cronicis

ꝙ quodā tpe Veſpaſianus accepta licētia a
Thiberio in Judeā q romāo rebellauerat
impio eſt ꝑuectus ad quādam ciuitatem no
mine Jonapā in q Joſephꝰ erat pnceps pmi
tus eſt aggreſſus. quā cū lucratꝰ eſſet. venit
ad ipm Joſephꝰ dicēs Jmpator romanꝰ in
terijt ⁊ ſenatus te in impatorem elegit. ⁊ cum
ſic loqueret venerūt legati romanorum ipm
q̄ꝫ i imperiuꝫ ſublimatum aſſerunt. ⁊ eum ro
mam deducunt. ⁊ ille reliquit Titū filiū ſuū
in obſidione hierl'm. Audiens autē Titꝰ pa
trē ſublimatū in infirmitatē cecidit. qꝛ cū cu=
ratꝰ eēt per Joſephū ipm inuitauit ⁊ in ſuaꝫ
amiciciā recepit. ⁊ oēs ꝑpter ipm honorauit
q cū eo venerūt. Jta etiā fec pnceps ille pha
riſeorū Simon quē xps ſummꝰ medicꝰ a le=
pra curauit. Jdeo volens facere ſibi retribu
tionē ⁊ honorē ipſum inuitauit. ſm qđ dicit
euāgeliū. Rogabat ieſū quidaꝫ phariſeꝰ ſcꝫ
Simon leproſus. q licet fuerat mūdatꝰ tamē
vt ait Hiero. adhuc retinuit nomen vt dice=
ret leproſus. hic ꝑpter bñficia ſibi exhibita
rogabat ieſū vt māducaret cum illo. ⁊ ille in=
greſſus domū phariſei diſcubuit. ¶ Que
rit h glo. quare dñs rogari voluit cuꝫ tñ ad
Zacheū ſeipſum inuitauit dicens. Luc. xix.
Zachee feſtinās deſcende. Rñdet ꝙ fideles
medici ceteris paribꝰ potiꝰ infirmos viſitāt
q̄ꝫ ſanos. qꝛ non eſt opus valentibꝰ medicuſ
ſed male habētibꝰ. Matth. ix. Sꝫ quia Si=
mon reputauit ſe ſanū Zacheus aūt eſtima=
bat ſe infirmū. iō nō rogatꝰ venit ad ipſum ⁊
ipe fecit ei ꝯuiuiū. ſic xps mltotiēs venit ad
nos nō rogatꝰ. qꝛ ſumope ſcit ſaluteꝫ hoim.
Jō dic Apoc. iij. Ego ſto ad oſtiuꝫ et pulſo.
ſcꝫ ꝑ infirmitates ⁊ amonitiōes. Si qs mihi
apparuerit intrabo ⁊ cenabo cum illo. ⁊ nos
debemꝰ ei aperire dicētes ingredere bñdic=
te dñe qd foris ſtas. Gen. xxiiij. ⁊ h q ad pri=
mū. ¶ Quātū ad ſecūdū ē notandū. Are.
pmo metheoro. dicit ꝙ fontes vl' fluuij ſic ge
nerant. nam qñqꝫ terra ē poroſa. in quibus
poris ſunt vapor ⁊ aer q ꝑpter frigiditatem
terre ꝯuertunt in aquā. q facto intrat alius
vapor ⁊ aer ne remaneat vacuū qđ ⁊ natura
nō ꝑmittit. ⁊ ſic iterꝫ i aquā ꝯuertūt. ⁊ ſic de=
inceps. Jnueniēs autē illa aq exitū ꝑ meatꝰ
⁊ ſi eſt magna dicitur fluuius. ſi parua tunc
fons appellat. Jta etiā generaliter aq cōtri=
tionis in hoie peccatore. Nam malus homo
ē vtiqꝫ aliquo modo poroſus. hoc ē hꝫ vtiqꝫ
aliqd boni. qꝛ ſm Areſt. iiij. Ethi. Purum
malū ſeipſum deſtruit. qđ probat exemplo
de maria magdalena. q fuit mala quo ad ſta
tū culpe. ſicut tangit euangeliſta dicens. Ec
ce mulier q erat in ciuitate peccatrix. ⁊ vt vo
lunt doctores. etiā fornicaria vt ſupra ſermo
ne. j. Sicut exhibuiſtis mēbro primo. Jdem
ꝓbat in exēplo. ¶ Legit ꝙ fuit qdā mgr
noie Johes de flandria. ⁊ ſacre theologie ꝓ
feſſor. hic pdicauit Pariſius eaꝫ fore carne
nō corruptā. q fuit cōpulſus ꝑ mgros tanqꝫ
erroneū reuocare. ⁊ nō miruꝫ ꝙ fuit talis. qꝛ
habuit occaſiones ipam incitādi. nā fuit pul
chra de q dr Prouꝰ. xj. Circulꝰ aureꝰ in nari=
bus ſuis mulier pulchra ⁊ fatua. Fuit et di=
ues ⁊ abūdās q abundantia occaſio peccati
ē. ſm illud Ezech. vj. Hec fuit iniqtas ſodo=
me ſororis tue ſaturitas panis ⁊ abūdātia vi
ni. Fuit ⁊ ocioſa qđ etiā ē occaſio pctōꝝ. Jō
ſequit Ezech. ibidē. Ociū ipius ⁊ filiaꝝ. Et
q̄ꝫuis ipa fuit mala ſm Greg. vniuſis vitijs
plena tñ habuit aliqd boni. ⁊ hoc fuit qđ ſe=
quit. vt cognouit ꝙ Jeſus accubuit i domo
phariſei attulit alabaſtrū qđ ſm Jſi. li. xvj.
c. v. Eſt genus marmoris in q vnguēta ſeruā=
tur diutius incorrupta. ⁊ h genꝰ lapidis. iō
portat. qꝛ ſm diaſcoꝝ dicit valere ad amici
ciā obtinēdā. Sic ipa ꝑ hoc deſignās ꝙ ami
ciciam chriſti voluit obtinere. hoc autē ala=
baſtrū impleuit precioſo vnguēto. quaſi di.
Scio ꝙ habet pedes imūdos quia vadit diſ
calciatus ⁊ habet pedes ſciſſos a vento. Jō
vnge eos vt citius ad pietatē moueas. Et qꝛ
ita fuit poroſa habēs in ſe illđ bonū. Jō ſpi=
ritusſanctus generauit imbrē fontēqꝫ lachry
maꝝ quo etiā pedes Jeſu lauaret. Qđ figu=
ratum ē Gen. ij. vbi legitur ꝙ fons aſcende=
bat de terra irrigans vniuerſā terre ſupficiē
¶ Et eſt notandū ꝙ maria magdalena mul
tū pcioſiora fercula ad ꝯuiuiū portabat qm
phariſeꝰ. Nā a phariſeo ē inuitatꝰ marie fer
culis ſaturatꝰ. Primū ferculū fuit ꝓprie in=
firmitatis ⁊ peccatoꝝ cognitio. qđ notat cū
dicit euangeliſta. vt aūt cognouit qꝛ Jeſus ac=
cubuiſſet in domo ſimonis leproſi attulit vn
guētū ſm Glo. Maria deliberauit intra ſe.
Ecce eni tu es peccatrix imūdiſſima ⁊ diu ia
cuiſti i pctis. vidiſti ieſū intrantē in domū ſi
mōis q ob hoc venit peccatores ſaluos face
re dimittit ⁊ pctōres dulciter recipit. mō ob=
tulit ſe mihi certe nō recedā ab eo. ſed ibo ad
eū ⁊ ponam me in manus miſericordie ſue.
iō dic. b. Aug. Nouit q̄ꝫto morbo laborauit
⁊ iō illū ad ſanandū eē idoneū ad quē venie=
bat ifallibl'r pſumebat acceſſit imūda ⁊ receſ
ſit purgata. acceſſit egra ⁊ receſſit ſanata. iō
nos ꝓpriā fragilitatē ꝯgnoſcamꝰ. nō ſūt illi de
qbꝰ Bern. i pncipio meditationū mlti multa
ſciūt. ⁊ ſeipos neſciūt alios inſpiciūt. ⁊ ſeip=

ſos obliuiſcunť acceda[illegible]⁹. cū maria ad xp̄m
q: nobis eē alibi malū eſt. Q: dicit. b. Aug⁹
in li. ſolilo. Scio q: malū ē p̄ter te dn̄e. cōfe-
rā me ad te vbi bn̄ mihi ſit de te. Scd̄m fercu
lū fuit cōfuſio q̄ tāgiť ibi ⁊ ſtās retro n̄ ad fa-
ciē talť fuit ꝯfuſio publicani Luč. xviij. Hec
ē ꝯfuſio adducēs gl'iam ⁊ gr̄am Ecc̄i. iiij. iō
ſup ꝯuiuātes ingreſſa ē. nec ꝓpter hos peni
tere erubuit. tn̄ indignā ſe conſiderās ad pe-
des retro ſtetit. Et potuit dicē Heſter. j. Do
mine deus cōfundor leuare faciē meā ad te.
q: multiplices ſunt iniquitates mee. hāc eru
beſcentiā dꝫ hr̄e quilibet penitēs. q: dicit. b.
Aug⁹. Laborat penitēs patiēdo erubeſcen-
tiā. q: magna ē pena. ⁊ digna ē mia. Jō meli
or ē modica amaritudo in faucib⁹ q̄m eťnuꝫ
tormentū in viſcerib⁹. Bern̄. i ſermōe. Me
lius ē nūc erubeſcere corā paucl q̄ꝫ corā mul-
tis deo angelis ⁊ hominib⁹. ¶ Tertiū fer
culū fuit mag̃ humiliatio que innuiť ibi. ſec⁹
pedes nō ad caput. Sed cur ſic ſe hūiliauit.
q: magnū pondus pctōꝝ ipam ad terrā pre/
mebat q: ſm̄ Mat. euāgeliſtā habuit ſeptē
demonia ⁊ illa exibant ab ea ante pedes ieſu
Juxͣ illud Abachuc. iij. Egrediať diabolus
ante pedes ei⁹. ꝯſiderauit eni ꝙ ťrena cōcu-
pierat ⁊ viros incaute inſpexerat iō ꝑ pniaꝫ
ꝯterēs flebat vt dicit Greg⁹ in omeľ. Cōſide
rauit etiā ꝙ ante ꝯuerſionē fuit tenebroſa fri
gida. immunda ⁊ inſipida. Lachryma autē
ē clara. humida. calida. ⁊ ſalſa. iō habuit la-
chrymas claras vt tenebroſam illuminaret.
Lachrymas hūidas vt imūdā ablueret. cali
das vt frigidā inflāmaret. ſalſā vt inſipidam
ſale dine ſapie ꝯdiret. De his lachrymis dič
Chry. Sič vehemēs imber cū ꝓrumpit etiā
fit ſerenitas. ſic lachrymis effuſis apparꝫ trā
quillitaſ ⁊ perit caligo. Quartū ferculū fuit
humilis ſatiſfactio. cū dicit. et capillis terſit.
Q: ſm̄ Greg. capillos vult⁹ exhibuerat ſꝫ iā
capillis lachrymas tergebat. Quītū ferculū
fuit vehemēs dn̄i dilectio. cū dr̄. oſculata ē
pedes ei⁹ q: vana ore loquēdo peccauerat ⁊
ſupba dixerat. iō nunc ſe deuotā exhibebat.
fuit eni hec oſculatio in ſignū recōciliationiſ
q: fuit dei inimica. oſculabať pedes ieſu i ſi-
gnū ꝙ fuit deo recōciliata. illi etiā eū oſculāť
qui prius inimici effecti. poſtmodū per peni
tentiā ſunt ad pacē reducti. Sextū ferculum
fuit inenarrabilis eleuatio. cum ſubdiť. Et
vnguēto vngebat. q: multotiēs ſe in corpore
ſiunxit. Jō illud nūc deo exhibuit. Jllis fer
culis maria xp̄m pauit licet ip̄m phariſe⁹ in
uitauit. Jō dič Greg⁹. in omeľ. Ad phariſei
prandiuꝫ dominus diſcumbebat. ⁊ apud pe-
nitentē mariam multis epulis delectabatur
Apud phariſeū veritas paſcebatur foris. ſꝫ
apud peccatricē conuerſam intus paſcebať.
Sed modo noſtre matrone ſeipas magnifi-
cantes hn̄t aliū modū ꝯfitendi. veniunt eniꝫ
ſine matura deliberatione. ⁊ q̄ſi cum riſu nec
verecūdanť cum veniunt ad ſacerdotē. non
ſe humiliant. ſꝫ lateri ſe ſuo aſſociant ac ſi fa
bularenť. ⁊ hoc ad ſecūdū. ¶ Ad tertium
poniť inuitatoris murmuratio cū addiť Ui
dens aūt phariſeus q̄ vocauit eū ait intra ſe
hic ſi eſſet propheta. ⁊c̄. Habuit eni phariſe
us ſimilitudinē capre. De qua dicit Pli. in
ſpeculo naturali que vultum habet placidū
humanū ⁊ amabilē. ſed intus mordenteꝫ. q:
ſemper homini inſidiatur vt ipſum perimat
⁊ occidat. ita ipſe chriſto in apparentia placi
dum ⁊ amabilē faciebat. interi⁹ autē ſtimu/
lum detractionis. q: ipſum arguebat. ſcd̄m
qd̄ dicit euāgeliſta. ait intra ſe. Si hic eēt ꝓ-
pheta ſciret vtiqꝫ q̄ ⁊ q̄lis. ⁊c̄. quaſi diceret.
Jgnarus ē. neſciēs eam eē peccatricem. q̄ ta
men eſt publica meretrix. et eius peccatū to-
ta ciuitas cognoſcit. Jdeo dicit Auguſtin⁹.
O phariſee domini inuitator ⁊ irriſor. quan
ta tua p̄ſumptio. q̄ reficiendum inficit. nō re-
ſpiciens marie amaritudinē que multo excel
lentius te eundum paſcebat. Cōtra hūc etiā
inuehitur ꝙ huius mulieris maxime efflu-
unt illi oculi lachrymis q̄ quondā effluebāt
laſciuijs. et nunc cōuertuntur ad fletum. qui
quondā ad luxuriā. olim capillos compoſu-
erat ad decorem. varijs ligaturis aptauerat
vt intuentium prouocaret affectus. Sꝫ ecce
ſpargit eas vndiqꝫ ac perfudit. ⁊ capillis la-
chrymas tergit q̄s in capite delinire ſolebat
vnguētis. hec ille. Quantū ad quartū poni-
tur mulieris excuſatio cum dicit euāgeliſta.
Rn̄dens ieſus ſcꝫ ad cogitationem vt ſe pl⁹
quam prophetam oſtendit dicens. Simon
habeo tibi aliq̄d dicere. ait ille. magiſter dic
Et dixit dominus. Duo debitores erāt cui-
dā feneratori. i. vſurario. Jſte fenerator ſe-
cundū Gloſā ſignificat chriſtum qui i baptiſ
mo gratiā dat. Jn iudicio autē requirit eam
tanqꝫ ſortem. ⁊ bona opera vltra ſortem. ille
etiam pro culpa mortali in hac vita ꝑpetra-
ta. ⁊ non deleta exigit penam eternam. Jſti
ergo feneratori debemus quicquid ſum⁹. j.
Petri. j. Empti enim eſtis precio magno.
Secūdo quicquid habemus. ſecūdum illud
j. Corinthiorum. iiij. Quid habes qd̄ nō ac-
cepiſti. ſi accepiſti quid gloriarl. q̄ſi non acce-
peris. Jdeo ſequitur. vn⁹ debebat denarios
q̄ngētos. ⁊ ſignificat mariam magdalenam

que duplo plus peccauit ꝙ̄ Simon q꜡.ſ.qn-
quaginta eſt ꝓportio de duplo ad q̄ngenta.
Jō dicit alius.ſ. Simon debebat q̄nq̄ginta
denarios. Nō habētes ergo vn̄ redderēt do
nauit vtriſqꜫ.ſ.debitoribꝰ.q꜡ peccatores nō
habent vn̄ deo reddāt cum grām dei amiſe-
runt ⁊ conſequenter omnia bona q̄ ad vſum
debitū receperūt.poſſunt eni etiā peccare ꝑ
ſe ſed nō de peccatis ꝑ ſe reſurgere vt inuit.
pſ̄.lxxvij.Homo eſt ſpūs vadens ſcꝫ in pec
catū. ⁊ nō rediens ſcꝫ ꝑ ſe de peccato. Jdeo
oportet cōcurrere miſericordem dei donatio
nem qḋ innuit h. Donauit vtriſqꜫ. i. miſeri-
cordit̄ dimiſit. Quis ḡ eū plus diligit hoc ē
diligere dꝫ. Rn̄dens ſimon dixit Eſtimo ꝙ
is cui plꝰ donauit. at ille rn̄dit. Recte iudica
ſti.q.d.bn̄ rn̄diſti ꝙ maria pluſ me diligit ꝙ̄
tu.q꜡ illi plura pctā indulgeo. Greg. i omel.
cū ſua ſnīa phariſeꝰ ꝯuincit̄ funē portat cuꝫ
quo ligat̄ plus tenebatur peccatrix diligere
ex dimiſſo.plꝰ aūt phariſeꝰ ex ꝯmiſſo.q꜡ ſibi
ꝯmiſſa erat maior ꝯſcia legis.omnes aūt ho
mines tenent̄ deū diligere ex dimiſſo.ex quo
oēs peccauerūt ⁊ egēt gl'a dei.ad Roma.iij.
ſaltē oēs ꝑ̄deſtinati. Similiter ex commiſſo
quia cōmiſit vnicuiqꜫ q̄nqꜫ talenta. Matth
xxv. Et ſequitur conuerſus dn̄s ad mulierē
dixit Simoni. vides hanc mulierē. quaſi.d
corpore cōſideras.ſi nō corde. ¶ Et redar
guit ipſum ex triplici defectu pietatis dicēs
Jntraui i domū tuā ſic̄ hūilis ad detractorē
aquā pedibꝰ meis qui erant feſſi non dediſti
hec autē lachrymis rigauit pedes meos ⁊ ca
pillis ſuis terſit.q.d.ſic te in ope pietatis ex
cellit. Secūdo redarguit eū ex defectu cha-
ritatis dicēs. Oſculū mihi nō dediſti qḋ eſt
amicicie ſignuꝫ Hec autem ex quo. hoc eſt a
tempore in quo ſedi non ceſſauit oſculari pe
des meos. Tertio redarguit eum ex defectu
mie dicens. Oleo caput meū non vnxiſti. pe
des meos illa vnxit. ꝓpterea.i. ꝓpter opa q̄
mihi exhibuit. ⁊ quia ſe humilē ⁊ contritam
oſtendit remittuntur.i.dimiſſa ei oſtendunt̄
peccata multa quoniam dilexit multū.id eſt
oſtendit dilectionis ſigna multa. Cui autem
minus dimittit̄.i. Simoni minus dilexit ꝙ̄
maria.dixit aūt ad illam. Remittuntur tibi
peccata tua. Super quo dicit Hiero. ad ru/
ſticū monachū. Meretrix pedes ſaluatoris
lauat ⁊ crine detergit. ⁊ in typo eccl'ie meret̄
audire. Dimittūt̄ tibi peccata tua. phariſei
ſuperbia ac iuſticia periJt.publicani hūilitaſ
ꝯfeſſionē periJt.hec ille. Et ceperunt q̄ ſimul
accūbebāt dicere intra ſe.quis eſt hic. q̄ etiā
peccata dimittit. quia ignorabant ipſum eē
verum deum ſꝫ ſolū puꝝ hominēꝫ iudicabāt
Jdeo dixit ad mulierem. Fides tua.ſ.chari
tate fundata ⁊ firmata.te ſaluam fecit. vade
in pace. Rogemus.

¶ De ſancto Jacobo Sermo primus.

ACceſſit ad ieſum mater filiorum zebedei cum filijs ſu-
is ⁊ petēs aliquid ab eo. Matt.xx.
A Dicunt naturales ꝙ arbores que nō mo
uentur per ventum non faciūt fructum q̄ ad
menſas poſſunt portari dominorum honora
biliter. Q꜡ ſm Plini.in ſpe.hiſto. Arbores
non mote vento illo anno reddunt̄ penitꝰ in
fecunde. Sed eo anno quo multi perflauerit
venti fertilitas multa arbores comitat̄. Cu/
ius rō eſt.q꜡ ventis quatiunt̄.per quā ꝯcuſ-
ſionem fertiles redduntur. Moraliter ꝑ ar-
bores intelligunt̄ homines. Juxta illud Jn
nocētij li.de vilitate conditionis hūane.li.j.
vbi dicit̄. Hō eſt quedam arbor ꝑuerſa cuiꝰ
radices ſunt crines.truncus eſt caput cū col
lo. ſtipes pectus cum aluo. rami ſunt palme
cū tibijs. frondes digiti ſūt cū articulis. hec
ille. Mar. viij. Uideo hoīes vt arbores hec
arbor nō facit fructū eterni regni meritoriuꝫ
niſi q̄tiat̄ vēto tribulatiōis ⁊ paſſiōis. ſꝫ qḋ
dicit.b. Augꝰ Nequaqꜫ ad regnū celoꝝ ꝑue
uire ſe iudicet. q̄ hic in arena tribulata turbi
dine nō cōdit̄ tribulatione.nec mēbra xp̄i ſe
iudicēt q̄ caput ſuū ſpinis coronatū i paſſio-
nibꝰ nō ſequūt̄. Cui ꝯſonat Act.xiiij.ꝑ mul
tas tribulatiōes opꝫt nos intrare i regnū ce
loꝝ.qḋ figurat̄ Exo.j. vbi legit̄ ꝙ filij iſrael
anteqꜫ intrarēt in t̄rā promiſſiōis multiplici
ter fruerūt tribulati a pharaone i egypto. et
h̊ nō ꝯſiderabāt gl'ioſi apl'i ⁊ ꝑ̇ncipes t̄re Ja
cobus ⁊ Johēs. ſꝫ adhuc carnales petebāt
ꝓ regno an̄qꜫ paterent̄ ⁊ venti tribulationū
quaterent̄. Jdeo rn̄ſum eſt eis. Neſcitis quid
petatis. Poteſtis bibere calicē. ⁊c̄.q.diceret.
Per calicē paſſionis ꝑuenitis ad gaudiū ce-
leſtis regionis. Et hoc dicit euāgeliū in quo
ꝑ̇ncipaliter tria deſcribunt̄. Primo i diſcre-
ta petitionis propoſitio.ibi. Acceſſit ad ieſū
Secundo illius digna reprehenſio.ibi.neſci
tis. Tertio quibus regnū celorum paratur
oſtenſio.ibi.ſedere autem. B ¶ De ꝑ̇mo eſt
notandū ſm Arc.j. de aīalibꝰ duplicia ſunt
aīalia.aliqua diligūt ſocietatē. vt ſunt cerui
⁊ oues. De ceruis dicit Jſi.li.xij.quādo trā
ſeunt flumina ſil'r ſolent ire ⁊ natare. ⁊ vt ſimt̄
maneant fortiores an̄cedunt ⁊ debiliores hu
meris eoꝝ ſe iponūt. De ouibꝰ dicit Arc.octa
uo libro de animalibꝰ ſi remanſerit vna ſola

⁊ fuerit impregnata facto tonitru abhorret
forſitan ꝑ timore. iõ bonũ ẽ vt in vnũ cõgre-
gẽt. Ecõtra ſũt aĩalia alia q̃ ſocietatẽ ñ dili-
gunt ſicˀ ſũt aq̃le ⁊ ſolitarie eẽ volũt ⁊ regna-
re vt regine. ita etiã moralitˀ diſcipuli chriſti
fuerunt duplices. Aliq̃ diligebãt ſocietatem
⁊ tãq̃ȝ oues timoroſe ſimˀ manebãt. quales fue
runt illi. de quibꝰ euãgeliũ dicit audiẽtes. x
indignati ſunt de duobꝰ fratribꝰ. Illi etiam
poſt paſſionẽ xp̃i erant cõgregati ꝓpter me-
tum iudeoꝝ. vt habetˀ Joh. xx. Alij autẽ vt
Jacobꝰ ⁊ Johẽs velut aquile ſocietatẽ fu-
giebant. ⁊ bñ cõpantˀ aq̃lis. qꝛ ſicˀ aq̃le altius
ceteris auibus volãt ⁊ maiorẽ ſonũ faciunt
in volatu. ſic illi duo diſcipuli Jacobꝰ ⁊ Jo-
hannes altius volauerũt in doctrina. Sicut
canitˀ de Johe. Volat auis ſine meta. Et de
Jacobo dicit Beda ſup Johẽm ꝙ tã alte in-
tonuit ꝙ ſi aliquãtulũ altiꝰ intonuiſſet. totuſ
mũdus eũ capere nõ potuiſſet. Jõ dꝛ filiꝰ to-
nitrui rõne ſonoroſe ꝑdicatiõis q̃ malos ter
rebat. pigros excitabat. oẽs altitudine ſua i
admirationẽ cõuertebat. ⁊ iõ dꝛ Jacobꝰ ma-
ior. Jdcirco etiã more aq̃laꝝ volebãt ſoli cũ
xp̃o regnare. nec cũ alijs hr̃e ſocietatẽ. patet
ex illo qð Mar. x. legitur ꝙ Johẽs ⁊ Jaco
bus filij zebedei acceſſerũt ad ieſum dicẽtes.
Mgrˀ volumꝰ qðcũq̃ȝ petierimꝰ facias nob
q̃bus dixit. quid vultis vt faciaȝ vobis ⁊ di
xerunt da nobis vt vnus ad dexterã tuã. et
alius ad ſiniſtrã tuã ſedeamꝰ in gl̃ia tua. qꝛ
audierũt pauloante ꝙ vellet pati ⁊ tr̃tia die
reſurgere ⁊ ipſum credebãt poſt mortem re-
gnaturũ hic. Jdeo cupiẽtes pre ceteris ei eẽ
collaterales informauerũt de petione matrẽ
vt pro eis intercederet. Jõ dicit euãgeliũ. ac
ceſſit ad ieſum mater filioꝝ zebedei cum filijſ
ſuis. ⁊ hec fuit Maria ſalome q̃ vt ait Chry
ſoſto. reliquit viꝝ zebedeũ ꝓpter amorẽ ca-
ſtitatis. Et cũ acceſſiſſet ad eum ꝑ̃us adora-
uit anteq̃ȝ petitionẽ ꝓpoſuit. qꝛ moris apud
antiquos erat ꝙ quando aliq̃s ad perſonaȝ
nobilẽ venit ꝓ aliquibꝰ petẽdis ꝑ̃us ei reue-
rentiã exhibuit cadens in terram. ſicut legitˀ
j. Regũ. xxv. q̃ prudẽs abigail veniens ad
regẽ Dauid petitura ꝓ Nabal viro ſuo an-
teq̃ȝ ꝓpoſuit petitionẽ ſurrexit ⁊ adorauit ꝓ
na in terra dicẽs. Ecce famula tua ſit i ancil-
lam vt lauet pedes ſeruoꝝ dñi mei. Quo fcõ
ꝓpoſuit petitionẽ ita fecit hˀ matˀ filioꝝ zebe-
dei q̃ ip̃m priꝰ humilitˀ adorauit. vt ip̃am ci-
tius exaudiret ⁊ poſtea petiuit. Jõ ſequitur
et petẽs aliq̃d ab eo. Sed qꝛ diuitie ⁊ hono-
res mũdi nihil ſunt ⁊ adducũt ad nihilũ. ip̃a
aũt petiuit aliq̃d vt dicˀ euãgelˀ. ⁊ dicˀ Johẽs
Chry. ſuper Matt. Nõ dicimus quia recte
petit hec mlˀier. ſꝫ hoc dicimꝰ qꝛ nõ terrena ſꝫ
celeſtia filijs ſuis optabat. Non enim ſicˀ ce-
tere matres que corpora natoꝝ ſuoꝝ amant
animas autem condemnãt. deſiderant illos
valere in hoc ſeculo vt oſtendant ꝙ corpoꝝ
ſunt parentes non animarum. Et ſb̃dit Eſti
mo autẽ ꝙ hi fratres cum audiſſent dñm de
paſſione ⁊ reſurrectione ſua loquentem cepe
runt dicere eũ eẽ regẽ vt fideles. Ecce rex ce-
leſtis ibit ad regna tartarea vt regẽ mortis
deſtruat. cũ aũt victoria fuerit conſummata
q̃d aliud reſtat niſi vt regni gl̃ia ſubſeq̃tˀ. er-
go quid faciemus fratres quõ poſſumus re-
gni ip̃ius eẽ ꝑticipes. ſcimꝰ qꝛ inuidꝰ non ẽ. q̃
eni ſeip̃ȝ donauit hoibꝰ quõ regni ſui ſocieta
tẽ nõ dõabit. Petẽtis negligẽtia repr̃hẽditˀ
vbi dãtis miſericordia nõ dubitatˀ. ideo ſub
miſerũt matrem que ſi reprehenſibilis iueni
retˀ citiꝰ veniaȝ meretˀ. ipſe em̃ ſexꝰ muliebri
excuſat errorẽ. hec ille Sꝫ d. tñ dictũ ẽ ſupra
ꝙ diſcipuli per ſe ad ip̃m acceſſiſſent. hic aũt
dꝛ ꝙ matrem ſubmiſiſſent. ergo cõtrarietas.
Ad hoc rñdit Augꝰ. in li. de cõcordia euan-
gelioꝝ ꝙ matˀ ex cõſilio filioꝝ acceſſit. ⁊ volũ
tatẽ ip̃oꝝ ad ip̃m detulit. Et dicˀ regula iuriſ
extˀ de regu. iu. li. vj. c. qui facit. Qui aliq̃d ꝑ
aliuȝ facit ac ſi faceret per ſeipſum. Jõ dicit
Marcus eos ad xp̃m acceſſiſſe q̃ȝ q̃ȝ mater i
veritate acceſſit ⁊ ñ ip̃i. timebãt em̃ ne alios
diſcipulos ſcandalizarent. Tum qꝛ ꝑ mr̃em
citius impetrarent. Tũ ne notaȝ ambitionis
incurrerẽt. iõ acceſſit mater dicens illi. Dic
vt ſedeant hi duo filij mei. i. vt collaterales.
⁊ maiores ſint. vnus ad dexteram tuã ⁊ aliꝰ
ad ſiniſtram tuã in regno tuo. hic dicit gloſa
Bonũ deſiderium ſm cõſiderata petitio. et
iõ nõ ꝓpoſitũ. nõ voluntas culpatˀ. ſed igno
rãtia. Si impetrare nõ debet. ſimplicitas tñ
nõ meretur confundi ¶ Quia omnis ma
ter deſiderat filijs ſuis tria ſcilicet quietẽ di-
uitias ⁊ honorem qð patet in rebecca. Gen̄.
xxvij. Que diligenter laborauit vt filius eiꝰ
Jacob primogenita optineret. Jdem patet
de berſabee. iij. Regum. j. vbi ſic legitur ſe-
neſcẽte Dauid filius eius Adonias ſurrexit
viuente patre dicens. Ecce regnabo pꝰ pr̃eȝ
Qð audiens mater Salomonis predicta ac
ceſſit ad regem Dauid. ⁊ procidit añ ip̃m re
uerentiã ſibi exhibendo. Cui rex. quid vis i-
quit. Ad quẽ illa. Dñe mi rex. Tu iuraſti mi
hi per dñm deum tuũ. ꝙ Salomon filius tu
us regnaret poſt te. ⁊ ip̃e ſederet in ſolio tuo
Et nunc regnat Adonias te ignorante. ad te
tamẽ adhuc reſpiciunt oculi omniũ ex iſrael

ꝛ eligere poteris quē volueris q̄ regnet poſt te
ꝛ ſic Salomon petitionibus mr̄is regnauit
pᵒ patrē. ita fecit hic fidelis mat̄ filioꝝ zebe-
dei q̄ petiuit eis requiē cum dixit. Dic vt hi
duo filij mei. honorē cū addidit vnᵒ ad dex
terā. ꝛc̄. Diuitias cū ſubiūgit, in regno tuo.
Et q̄uis xp̄s petitionē ipſiᵒ ꝑ tunc nō exau
diuerit tm̄ pᵒ mortē filioꝝ exaudiuit. Nā per
ſiniſtrā vita pn̄s. ꝑ dexterā vita eterna deſi-
gnatur. Sedent igit̄ a ſiniſtris dei q2 eorum
corpora in pn̄ti vita multā habent gloriam ꝛ
honorem. Q2 de ſancto Jacobo exponit̄ il-
lud Eſa. xj. Ip̄m gentes dep̄cabūt̄ ꝛ erit ſe-
pulchrū eiᵒ glorioſum. Cuiᵒ nāq3 ſancti cor/
pus ꝛ ſepulchrum ita frequētius viſitat̄ ꝛ d̄
uotiᵒ honorat̄ ſicut ſancti Jacobi q̄ ſuis ꝑe-
grinis ꝛ corpus ipſius viſitantibus tam ſedu
le ſubuenit ꝛ ſuccurrit. Sicut de hoc refert
Hugo de ſancto victore. ꝙ cuidam ꝑegrino
ad ſanctū Jacobū pergenti diabolus in ſpe-
cie ipſius apparuit. ꝛ de p̄ſentis vite miſeria
plurima cōmemorās. felicē ſe eſſe ſi ob amo-
rem ꝛ honorē ipſius ſe necaret. ꝛ ille mox gla
diū arripuit ꝛ ꝓtinus ſe occidit. ꝛ cu3 ille in
cuiᵒ domo hoſpitatus fuerat ſuſpectᵒ habēt̄
ꝛ mori plurimū formidaret. cōtinuo q̄ mor/
tuus fuerat ſurrexit aſſerens ꝙ dū demon q̄
mortē ſuaſerat ad ſuppliciū ipſum duxiſſet.
Beatᵒ Jacobᵒ mox cucurrit ꝛ ereptū ad thro
nū iudicis deduxit. ꝛ accuſantibᵒ demonibᵒ
vt vite reſtitueret̄ obtinuit. hec ille. Sedent
etiā nunc a dextris dei. q2 anime eoꝝ in celo
beatificant̄. ita vt quilibet illorū dicere pōt
illud pſ̄. cxxxj. Hec requies mea in ſeculū ſe
culi. hic habitabo qm̄ elegi eā. Etiā plᵒ dn̄s
eis tribuit q̄3 mat̄ petijt. Rogauit vt vnᵒ ad
dexterā ꝛ aliᵒ ad ſiniſtrā ſederet. Jō eoꝝ cor
pora tanta gl̄ia illuſtrant̄. Et aie eoꝝ i dexte
ra dn̄i. diuino ꝑfruunt̄ honore ꝛ viſione. et
hoc quo ad primū. Quantū ad ſecūdū ē no-
tandū. dicit cōmētator li. de imp̄ſſione aeris
ꝙ ſerenitatē multā diurni aeris multa tene-
broſitas ꝛ caligo noctis comitat̄. Et rōnem
ponit Fontinᵒ in deſcriptōe vniuerſi q2 diei
ſerene ꝛ calide mox ſuccedit frigida ex natu-
ra qd̄ quidē frigus ē cauſa noctis tenebroſe.
Sic ſpūaliter pᵒ ſerenitatē ꝓſperitatis ꝛ ho
noris huiᵒ mūdi vt frequēter ſequūt̄ tenebre
noctis ꝛ caligo ſempiterna. Q2 dicit Orig. tā
diu diabolᵒ hoīe3 illaq̄at quādiu i honoris ap
petitu tēptat. qd̄ patuit de Salomone de q̄
legit̄. iij. Reg. x. Qꝫ tā magnā ꝓſperitatē ha
buit ꝙ argentū tp̄e ipſius in tanta erat abū-
dantia inquāta lapides. ꝛ tantū honorē ha-
buit vt oēs reges a longiquis ꝑtibᵒ venirēt,

ꝛ regina ſaba videre eius honorem. Sed il-
la proſperitas ꝛ honor excellens intantum
cor eiᵒ penetrauit ꝙ ydolatria eſt effectus ſe/
quens deos alienos propter amorem mulie
rum. vt habet̄. iij. Regum. xj. Et nunc for-
taſſis hunc honorem ſecute ſunt tenebre ſem
piterne. Jō petiuit beatᵒ Augᵒ. li. viij. cōfeſ
ſionū dicens. Peto domine omnis honoris
mundani facias me expertē ꝛ fac me tue gra
tie coheredem. Jdcirco apoſtoli credentes
cū iudeis chriſtum tēporalr̄ regnaturu3 ſm
quoſdā. petebant honorē humanū ꝛ mūda-
nū ſm Chryſ. Q2 audierunt ꝙ ſuꝑ. xij. thro
nos ſedere deberēt cū dn̄o. quare primatum
cathedre petebāt accipe. Timebāt eni Pe-
trū ſibi p̄ferri. Jō xp̄s q̄ ē cognitor occultoꝝ
nō ad verba matris intercedentis. ſed ad cō-
ſilia eoꝝ dixit. Neſtitis quid petatis. q. d. pe-
titis ꝓ honore mūdano vt tp̄alit̄ mecum re-
gnetis. S3 hūc debetis merito fugere an neſci
tis ꝙ p̄matus vt honor deſiderantē ſe fugi/
at ꝛ deſerat ꝛ fugientē comitet̄. ſm Chryſ.
Recte enim ſic̄ vmbra que i ſequētē ſe fugit
inſequitur autem fugientem. ¶ Et eſt ſci
endū ꝙ hec petitio ē rep̄hēſibilis in multis.
Primo in ordine in q̄ erat ꝑuerſitas. q2 ante
meritū habebat premiū cū tn̄ ſm Ariſt. iiij.
Ethi. Honor p̄miū ſit virtutis. Jō dixit eis
Neſcitis quid petatis. q. d. ſm Gloſa3 Sedē
glorie petitis quā nōdū meruiſtis. delectat cul
men honoris qd̄ nōdū exercuerūt vie labo-
ris. Nam ſic legit̄ in geſtis Roma. Jlle q̄ in
bello vicit hoſtes ꝛ virtuoſe egit triplicē ho
norē habuit. Primᵒ fuit ꝙ clipeū rotundu3
quo hoſtes vicit habuit ſuꝑ caput eiᵒ ꝛ oīs
populus ſibi cū leticia obuiaret. Secundus
honor qui fuit ſibi exhibitᵒ. ꝙ omnes capti-
ui liberi dimittebant̄. ꝛ currū eius poſt ter/
gum ligatis manibus ꝛ pedibus ſequebāt̄.
Tertius honor ꝙ victor indutus tunica Jo
uis rubea ſedebat in curru quē trahebāt q̄t-
tuor equi albi. ꝛ ſic intrauit ciuitate3 ꝛ hunc
honorē nullus habuit niſi victor inimicoru3
extitiſſet. Sic apoſtoli nō potuerunt hr̄e ho
norē niſi ſubirent laborē. Superatis autem
diabolo ꝛ tyrānis his honoribᵒ ſunt honora
ti. vt p3 de hodierno ap̄lo qui hoc triplici ho
nore honoratᵒ eſt. Nam clipeus rotundᵒ de
pingit̄ quaſi diadema ſuper caput eius ima-
ginis in ſignū ꝙ virilit̄ hoſtes ſuos ſuꝑauit
Et hoc h3 ortū a victoribus romanis. ꝙ ta-
les clipei ſuper capita imaginum depingūt̄.
Jpi aūt ap̄lo cūctᵒ pp̄ls hodie obuiat cū lau
dibᵒ ꝛ honore ita vt ꝯpetit ſibi illd̄ pſ̄. cxxx
viij. Nimis hono. ſūt amici tui deᵒ ꝛc̄. Scd̄o

honorauit eũ dñs. ꝛ ppt̃ ſuam victoriã om̃s
captiui de q̃bus rogat libere dimittantur.
¶ Refert Uincenti⁹ in ſpe. hiſt. li. xxvij. c.
xxxj. ꝙ tpib⁹ Alphunſi regꝭ hiſpanie viginti
viri xpiani quoꝝ vn⁹ erat ſacerdos a ſarace
nis capti ſũt. ꝛ vrbe ceſarꝭ auguſti in carcere
tenebroſo incluſi. diuerſorũ generꝝ nexib⁹ li-
gati. q̃ cũ deo inſpirãte monitu p̃ſbri beatu
Jacobũ inuocauerũt. in obſcuro carcere ſic
eos alloquẽs refulſit. ecce aſſum quẽ vocaſtꝭ
Illi aũt ad pedes pciderũt ſolutis loris q̃i
pedibus habebãt. Tunc ſuffuſo ei⁹ virtutis
vnguẽto eoꝝ vincula ꝯfregit. ꝛ ad portas ci
uitatis eo duce puenerũt eoſq; ad quoddaꝫ
caſtellum chriſtianoꝝ detulit. Sic viſibilit̃
celos aſcendit. Ad idẽ recitat Jacob⁹ Janu
enſis. ꝙ quidã mercator a quodam tyranno
ſpoliatus iniuſte. ꝛ in cuſtodia tenebat̃. qui
deuote ſanctũ Jacobũ in ſuũ auxiliũ inuoca
uit. Cui vigilantib⁹ cuſtodib⁹ apparuit. ꝛ ad
turris ſummitatẽ pduxit. Statimq; turris
adeo ſe inclinauit ꝙ ipſius ſumitas eq̃lis t̃re
fuit. de qua ſine ſaltu deſcendens. ſolutus re
ceſſit. quẽ cuſtodes inſequẽtes licet iuxta eũ
pgerent tñ ipſum videre nõ poterãt. Tertio
ipſũ honorauit. q: tunc indut⁹ tunica rubea
paſſionis ſedens in curru ſui corporis. queꝫ
trahebãt quattuor albi equi. ſcꝫ cordis puri
tas. virginalis integritas. obediẽtie pnitas
ꝛ dilectionis vnitas. His eq̃s hodie duct⁹ ẽ
quo ad aiam in celeſtis pr̃ie ciuitatem. ita vt
bene dicere poſſet illud. pſ̃. cxxj. In domuꝫ
dñi ibimus letãtes. Scd̃o hec petitio fuit re
p̃henſibilis in intentione in q̃ erat carnalitaſ
q: reputabãt ſe ex ſola cognatione ius regni
obtinere qđ tñ nõ ẽ. q: dicitur Matth. viij.
Amẽ dico vobis ꝙ multi veniẽt ab oriente ꝛ
occidente. ꝛ regnabũt cũ abraam iſaac ꝛ ia-
coc in regno celoꝝ. Filij aũt regni eijcient̃ fo
ras. ꝛ Matth. xxj. Auferet̃ a vobis regnuꝫ
ꝛ dabit̃ gẽti faciẽti fruct⁹ ei⁹. Jõ dixit neſci-
tis q̃d petatꝭ. q. d. Deſideratꝭ ꝙ debeo vob
dare regnũ meũ. q: eſtis mei ꝯſobrini. Sed
ſcire debetꝭ q: regnũ nõ dat̃ rõne parentele.
ſed dat̃ merentib⁹ virtutũ exercito vel paſſi
onis merito. Jõ dixit poteſtꝭ bibẽ calicẽ quẽ
ego bibiturus ſũ. q. d. Ego p ignominiã paſ
ſionis intraturus ſũ in gl̃iam reſurrectionis
Juxta illud Luc̃. xxiiij. Nõne hec oportuit
pati xp̃m ꝛ ita intrare in gl̃iam ſuã. Si vultꝭ
ꝯregnare. cõpati etiã nolite recuſare. Q: di-
cit Petr⁹ damiani. Per bellũ puenit̃ ad pa
cẽ. p laborẽ tranſit̃ ad requiẽ. Non eni ẽ ſine
pugna victoria. nec abſq; victoria puenitur
ad coronã. Sed illud ẽ cõtra multos in hoc

mundo hoies delitioſos qui nihil volunt pa
ti in h̃ mũdo. neq; in ieiunijs neq; in caſtiga-
tionib⁹ corporis. ſꝫ ſp pleni eẽ. ꝛ in lectꝭ mol-
libus dormire. ſed audiãt tales. b. Hiero. di-
centẽ. Uis regnare cũ xp̃o. ſi dñm chriſtum
oportuit pati. ꝛ ita intrare in gloriã ſuã. quã
fiduciã nos habem⁹ intrare ſine labore. O q̃
ſtulti ſum⁹ volum⁹ hic gaudere cuꝫ ſeculo ꝛ
poſtea regnare cũ xp̃o. Nudus dñs ingredi
tur. ſeruus ſupfluitate onuſtus veſtib⁹ auro
ꝛ gẽmis intrabit. ille ieiunijs. iſte crapula et
luxuria plen⁹. ille in cruce p nobis moriens.
iſte in lecto p̃cioſo ꝛ delicato dormiens. hec
ille. Audiẽtes aũt hi duo apl̃i. ꝙ abſq; paſſi-
one nõ poſſent cũ xp̃o regnare. interrogante
ip̃o. an pñt bibere calicẽ paſſionis. dicunt ei
poſſumus. ſed ſm glo. loquũt̃. ſicut inexpti
fragilitatis pprie. quã fugientes a dño oſtẽ-
derũt. ſic hr̃ Matth. xxvj. Relicto eo om̃s
fugierũt. q: inexptis non apparet terribile.
qđ expertis neceſſariũ ẽ timere. Cõfirmauit
tñ dñs verbũ eoꝝ dicẽs. Calicẽ. i. martyriũ
bibetis. q. d. Tu Jacobe gladio moriendo.
tu vero Johes in feruenti oleo buliendo. ¶
¶ Circa qđ vlterius notandũ. duplex ẽ ca-
lix dei. ſ. pene tẽporalis. ꝛ eterne beatitudis
Primũ bibit xp̃s a tẽpore natiuitatꝭ q̃ poſit⁹
ẽ a matre in p̃ſepio ita vt dicere poſſit illđ pſ̃
lxxxvij. Qm̃ ego in laborib⁹ ſuꝫ a iuuentute
mea. Hunc ppinauit matri ſue. q: ſtatim na
to filio anxia fuit ne ab herode occideret̃ fu-
giens in egypto. Matth. ij. Et pdito filio i
tẽplo cũ dolore ip̃m q̃ſiuit. ꝛ ſub cruce omnẽ
paſſionẽ mẽtalr̃ ſuſtinuit quã xp̃ſ corporalit̃
ita vt gladi⁹ doloris aiam ei⁹ ptranſiret. Lu
ce. ij. Hũc calicẽ ppinauit apl̃is qui diuerſa
paſſi ſunt tormẽta. Juxta illud Act̃. v. Jbãt
apoſtoli gaudẽtes. ꝛc̃. et ſpẽalit̃ hi duo apo-
ſtoli Jacob⁹ ꝛ Johes. Nã iacob⁹ ab herode
ẽ occiſus. Sicut pꝫ Act̃. xij. Miſit herodes
rex manus vt affligeret quoſdã de eccl̃ia oc-
cidit aũt Jacobũ fratrẽ Johis gladio. Jo-
hannes etiã a domitiano in inſulã pathmos
ẽ relegat⁹. Jõ dixit dñs. Calicem quidẽ me-
um bibetis. hunc etiã calicẽ ppinauit marty
rib⁹. de quibus dic̃ apl̃s ad Heb. xj. Sancti
per fidẽ vicerũt regna. Et ſubdit̃. Ludibria
ꝛ v̂bera experti ſunt. inſup ꝛ vincula ꝛ carce
res. lapidati ſunt. ſecti ſunt in occiſione gla-
dij mortui ſunt. Jſtũ calicẽ propinauit ꝯfeſ-
ſorib⁹. Jõ ibidẽ ait apl̃s. Circũierũt in melo
tis ꝛ pellib⁹ caprinis. egentes. anguſtiati. af
flicti. quibus dignus nõ erat mũdus. Hunc
propinauit virginibus. vt patet Hiere. xlix.
Ecce quibus non erat iudicium vt biberent

calicē.i.qui nō meruerūt affligi.bibentes bi
berunt.Hunc demūqȝ ꝓpinauit cūctis gen=
tibus.Juxta illud Hiere.xxv.Sume calicē
vini furoꝛis.ſ.afflictionis huiꝰ tēpoꝛalis de
manu mea ⁊ ꝓpinabis de eo cunctis genti
bus.Et ſequitur infra.Cūqȝ noluerint ſume
re calicez de manu tua.ſ.tēpoꝛalis pene.di/
ces ad eos hec dicit dn̄s exercituū.bibentes
bibetis.ſ.calicē.ſcȝ pene eternalis.Jdeo dic̄
Gregꝰ in moꝛa.Electꝰ quiſqȝ vt eterna ſup=
plicia euadat.⁊ ꝑhennē gloꝛiam aſcēdat.de
bet hic aſſiduis flagellis atteri quatenꝰ in iu
dicio valeat purgatꝰ inueniri.Secūdꝰ calix
ē beatitudinis eternalis.d̄ quo ꝓpinat eis
dulcedinē iocūditatis eterne.hic calix ſemel
bibitus facit obliuiſci oēs laboꝛes.⁊ triſticiā
p̄teritā.Qꝛ dicit deuotus doctoꝛ Amandus
li.j.c.xiij.Tribulatio cū p̄ns ē meſticiā p̄ſtat
cum aūt p̄terijt ⁊ meſticia ſcȝ victa fuerit.ſū=
me letificat.breuē habet amaritudinē ⁊ lon/
gam conſolationem.hec ille.Jbi tūc implet̄
illud ſapientis.Date ſiceram merentibus.⁊
vinū.ſ.cōſolationis his qui meſto ſunt coꝛd̄
Prou.xxxj.Hunc calicem biberunt hi duo
apoſtoli Jacobꝰ ⁊ Johēs.qui inebꝛians eſt
⁊ preclarus. Tertio fuit rep̄henſibilis hec
petitio in veritate.qꝛ eſtimabāt in regno xp̄i
aliquid ſiniſtrū.Cū tn̄ om̄s regni ſui incole
ad dexterā ſtatuentur.Juxta illud Matth.
xxv.Statuet quidē oues ad dexterā hedos
aūt ad ſiniſtrā.Sup q̄ dicit Chꝛy.in omelia
Neſcitis q̄d petatis.audiſtis me referentē.
Cum venerit filiꝰ hoīs in ſede maieſtatis ſue.
ponet oues ad dexterā ſuā.hedos aūt ad ſi=
niſtram dicens ſiniſtris.Diſcedite a me ma=
ledicti in ignē eternū.quoniā vult vt vnꝰ ſe
deat ad dexterā ⁊ aliꝰ ad ſiniſtrā.Jō foꝛſitā
ꝑ mulierē res agebat̄.Vidit eni diabolꝰ.qꝛ
ꝑ hoc aduerſus eos agere volebat.ꝯuertit ſe
ad ꝯſueta arma.ſ.ad mulierē.vt ſic Adā ꝑ
mulierē ſpoliauit.ita iſtos a xp̄o ſeparet per
matrem.nā ⁊ ſi mater erat.tn̄ ⁊ mulier erat.
ꝓpter qđ ⁊ ſi affectꝰ eiꝰ dulcis erat quaſi ma
tris.intellectꝰ tn̄ eiꝰ nociuꝰ erat quaſi mulie=
ris.Sed tn̄ nō potuit per mulierē pꝛoditio i
troire in iſtos ſanctos.ex quo de muliere ſa=
lus cunctoꝝ ꝓceſſit.Jntelligere ergo debe=
mus vt ⁊ nos nō aliq̄d a deo petamꝰ qđ nos
bonū eē iudicauimꝰ.ſȝ rōnē in eiꝰ ꝑtātez po=
namꝰ vt ⁊ illud nobis cōcedat.qđ nobis ex=
pedire ip̄e cognoſcit.hec Chꝛy.Et h̄ q̄ ad ſe
cundū.Quātū ad tertiū p̄ncipale oñdit̄ q̄bꝰ
regnū celoꝝ parat̄.cū ſubdit̄.Sedere autez
a dexteris.⁊c̄.non pertinet ad me vt vobis
dem ſedere circa me.qꝛ nōdū eſtis humiliati
et adhuc carnalia ſentitis.nā i regno meo ſu
perbia nō habet locū.cum lucifer omniū an=
geloꝝ pulcherrimus ſupbiens de celo ē de=
truſus.Sic dr̄ Ezech.xxviij.Eleuaſti coꝛ tu
um in decoꝛe tuo in terram pꝛoieci te.Quō ḡ
vos de terra illic vultis ꝑ ſupbiā aſcendere.
Jō dicit nō ē meū dare vobis ſupbis ſic̄ vos
adhuc eſtis.ſed alijs.ſ.humilibꝰ q̄bꝰ ꝑatum
ē a patre meo.ſm̄ p̄deſtinationē.vel alit̄ ſm̄
glo.Regnū celoꝝ nō ē dantis ſed recipientis
Nō eni ē ꝑſonaꝝ acceptio apud dn̄m.ſȝ qui
cunqȝ dignus ē accipit qđ ꝑſone nō ē ꝑatū
ſed vite.ſi itaqȝ tales eſtis ſicut pat̄ parauit
tunc accipietis. Et ē notandū ꝙ regnū
celoꝝ paratū ē quintuplicibus generibꝰ ho/
minū.Pꝛimo innocētibꝰ tanqȝ veris heredi
bus ſicut pueris baptizatis.Qui ſi diſceſſe/
rint poſt baptiſmū ſtatim euolant ⁊ ſaluant̄
inſignū illius chꝛiſto baptizato vidit Johēs
ꝙ celi apti ſunt.⁊ ſpm̄ſanctū deſcendentem
⁊ vox patris audita eſt.Hic eſt filiꝰ meꝰ dile
ctus.Matth.iij.De illo etiā dicit chꝛiſtus
Matth.vlt̄.Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fue
rit ſaluus erit.Et de his dic̄ pſ̄.xxiiij.Jnno
cētes ⁊ recti adheſerūt mihi.Maledicte igi
tur ſunt oēs matres pueros ſuos an̄ baptiſ=
mū iugulantes.⁊ tali gl'ia ⁊ hereditate eos
ꝑuantes vt ſunt ꝟgines in crinilibꝰ inceden=
tes.foꝛnicatiōibꝰ aūt varijs deturpate ⁊ me
retricibus ꝑ oīa ſil'ate.in capite oꝛnate crini=
libus.in actu aūt cōꝑate ſunt publicis mere=
tricibus.Et audeo dicere ꝙ deterioꝛes ſunt
meretricibus.q̄ q̄dē publice peccāt.⁊ ſi fru/
ctū cū ſuis amatoꝛibꝰ habuerint tn̄ nō necāt
qꝛ nō verecūdant̄.Jſte aūt peccāt occulte ⁊
nolunt feciſſe.iō fructꝰ ſuos ſtrangulāt ⁊ oc=
cidunt.ne eoꝝ nephas ꝑcipiatur.⁊ foꝛtaſſis
raro illud ꝯfitent̄.vt caput tegere cogantur
tales crudelioꝛes ſunt oībus aīalibꝰ.que ſm̄
naturales feras a ſe genitas affectione natu=
rali diligunt.⁊ ne ab alijs occidant̄.inquan=
tū poſſunt defendūt.⁊ nutriunt ⁊ deducunt
p̄ter ſcroffam que interdum fetus ſuos deuo
rat ⁊ occidit.vt dicit Soli.in li.de mira.mū=
di.Et illud ſcripſit tanqȝ mirabile ⁊ crudele
qđ eſt pꝛeter ſolitum moꝛem alioꝛum aīaliū
fetus necare.Sed his ſunt he mulieres peſ=
ſime ſeuioꝛes.iſta caret ratione.ille autē de=
coꝛate ſunt lumine rōnis quāuis ea abutan=
tur.Jō de talibus dicit ſapiēs.Circulus au
reus in naribus ſuis mulier pulchꝛa ⁊ fatua
Prou.xj.Quia tanqȝ ſtultiſſime.pulchꝛitu=
dine ſua abutunt̄.⁊ ſe in lutū luxurie velut
ſus deijciunt ⁊ pꝛoſternunt.iſte etiā crimino
ſioꝛes ſunt omnibus homicidis.qui ſolum

corp⁹ occidunt. aīaȝ aūt occidere nō pñt. iſte
aūt aīaȝ cū corꝑe occidūt ⁊ ignib⁹ eternis pu
niendas tradūt ⁊ tranſmittūt. Qđ ꝓbat Au
guſt. de fide ad petrū. Et ponit̃ in canone đ
conſe. diſt. iiij. c. firmiſſime. vbi đr. Firmiſſi=
me tene ꝙ nō ſolū hoies rōne vigentes. verꝫ
etiā paruulos qui ſiue in vtero matris viue=
re incipiunt. ⁊ ibi moriunt̃. Glo. ꝑ potagia
q̄bus ille peſſime mulieres vtunt̃. fetū i vte=
ro occidentes. ſiue iā de matrib⁹ natuȝ ſi ſine
ſacr̄o baptiſmi. qđ dat̃ in noīe p̄ris ⁊ filij et
ſpūſſancti. de hoc ſeculo trāſeūt ſempiterno
igne puniēdos. Glo. dicit. q̄ꝛ erūt in tenebri
nō ꝙ pena ſenſus puniant̃ ſȝ dūtaxat damni
quēadmodū determinat. b. Thomas. in. iiij
diſ. j. in ſol. p̄mi ar. ſimiliter pe. de palude idē
ſentit. Et ſubdit. Qꝛ ⁊ ſi peccatū actionis ꝓ=
prie nullū habēt. originalis tñ p̄cti dānatio=
nē carnali cōceptione ex natiuitate traxerūt
Et plus dicit Aug⁹. Nam in die iudicij pue=
ri decedētes ſine baptiſmo. vel ſtabūt a dex/
tris xp̄i vel a ſiniſtris. Non a dextris. qꝛ ſic
irent ad regnū celoꝝ. Cuius oppoſituȝ dicit
Chꝛi. Joh. ij. Niſi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua
⁊ ſpūſancto nō intrabit in regnū celoꝝ. Igi=
tur ſtabunt a ſiniſtris ⁊ conſequēter ibunt in
ignē eternū. qꝛ in vltimo iudicio via mea nō
ſignat̃. hec ille. Ex qua auctoritate pȝ ꝙ par
uuli ſic decedētes ſine baptiſmo non ſolū pu
niunt̃ eternalit̃ pena damni. ſ. carentia viſio
nis beatifice. ſed etiā pena ſenſus. Idē dicit
Hugo cardinalis ꝙ puniant̃ diuerſis tormē
tis. minus tñ punient̃ q̄ȝ illi qui peccata actu
alia ꝯmiſert̃. qꝛ hec ē pać minutiſſima. vt dit̃
Aug⁹ in li. de baptiſmo paruuloꝝ. c. iij. ⁊ ha
bet̃ de conſe. diſ. iiij. c. Regenerāte. In qua
mallet eē Aug⁹ poti⁹ q̄m nō noſſe. Et dić ibi
dem gloſa. ꝙ pena đr minutiſſima. non iō ꝙ
nō poſſet eē maioꝛ. ſed in cōꝑatione ad alias
penas quas qui in peccato mortali decedūt
ſuſtinebūt. Et certū ē ꝙ nō intellexit de pena
damni. qꝛ illa eſt equalis vtrobiq̄ȝ. ḡ de pena
ſenſus intelligendū ē. Sed diceres. Tamen
decretalis dicit extra de baptiſmo ⁊ ei⁹ effe=
ctu. in. c. Maioꝛes. pena originalis peccati
eſt coeterna dei viſionis carentia. pena vero
actualis peccati ē gehenne perpetu⁹ crucia/
tus. Rñdet Aug⁹ de fide ad petrū. ꝙ decre=
talis nō intendit dicere ꝙ priuatio diuine vi
ſionis eſt ſola pena qua paruuli puniunt̃. ſi/
ne baptiſmo decedentes. qꝛ penaȝ ſenſus nō
negat. ſicut non negat penam damni in dam
natis. et hoc dicit eas ſubire gehenne crucia
tus. et tñ h̄ intēderet decretalis. tunc gloſa il
la que diceret ꝙ pena paruuloꝝ eſt minutiſ=
ſima. cōtradiceret textui. ſed nō loquit̃ gloſa
de pena damni. que in omnib⁹ equalis ē. igi=
tur de pena ſenſus. Et iſtā penā patiunt̃ oēs
qui nō fuerūt a peccato originali per baptiſ=
mū fluminis ⁊ ſanguinis ⁊ flaminis liberati
Ecce ad quātā miſeriā ꝑducūt iſte infelices
mulieres fruct⁹ vteri ſui. et ſi iſti innocentes
pueri q̄ peccata actualit̃ nō cōmiſerūt ita pu
nient̃. quanto magis ille diabolice matres
tradunt̃ eternis ignib⁹ cruciande. Nō tamē
hec dico ꝙ nō poſſint de hoc grandi crimine
penitere. cū al̄s obſtaculū ponerē diue pieta
tati. ſed motus cōpaſſione ſuꝑ Inno. iugu=
latione paruuloꝝ que prochdoloꝛ his tp̄ib⁹
ē cōis ⁊ ſuꝑ dānatiōe eoꝝ hec inſerui vt viđ
ant he maliuole quātā inhumanitatē exerce=
ant in ſuis pueris vterinis. quā nō exerceāt
aīalia carentia vſu rōnis. Sȝ tñ tales mulie
res volunt ꝯdigne penitere. conſulit eis pa/
pa terti⁹ Alexander. vt intrent religionē i q̄
peccata ſua ꝑpetue deploꝛent vt habetur ex
tra de his q̄. fi. oc. c. veniens. Si autēȝ repu
gnante carnis fragilitate ad hoc induci non
poterint. nubendi eis licētia tribuat̃. qꝛ tuti
us videt̃ vt in dn̄o nubant vni ſoli q̄ȝ inho=
neſte multos admittāt. vt dicit idē canon al
legatus. Et đr. xxxiij. q. iij. c. In adoleſcētia
Si nō eēt p̄ſumptio de ip̄is icōtinētia. non
daret̃ ſibi licētia cōtrahendi propter crimen
ſuū. ſed tñ ip̄is alia grauis penitentia iniun=
git̃. que exprimit̃ extra de his qui fi. occi. c.
intelleximus. vbi đr. Mulier que foꝛnicata
fuerit ⁊ partū ſuū viuū occiderit decē annos
debet penitere. tñ pōt moderari ſm arbitriū
ſacerdotis. hoc pōt ꝓ correctione recitari ſi
viderit expedire. Secūdo regnū celoꝝ ē pa=
ratū penitētibus. Q̄uis eni pauci ſunt qui in
innocētia maneant baptiſmali. Iō ſm Hie=
ro. Et ponit̃ de penitētia di. j. in. c. ſecunda
tabula. Si quis veſtem innocētie maculaue
rit penitētie remedio poteſt reparare Ideo
dicit dn̄s Matth. iiij. Penitentiā agite. ap
propinquabit eni regnū celoꝝ. q. d. qđ elon=
gatū ē a vobis ꝑ peccati ſtulticiā. appropin=
quabit per peccati pn̄iam ac prudentiā. Qđ
figuratū fuit in rege Nabuchodonoſoꝛ. Da
nielis. iiij. Quia per ſuā ſtulticiā ⁊ ſuꝑbiam
qñ dixit. Nonne hec ē babylon ciuitas ma/
gna quā ego edificaui in domū regiā in robo
re fortitudinis mee. depulſus fuit de regno
ſuo ſeptē menſibus. Sed poſtea reuocat⁹ ꝑ
Danielem. ⁊ vſq̄ȝ ad finem ſeptem annorum
egit penitentiam. ⁊ neq̄ȝ panem neq̄ȝ carnem
comedens. neq̄ȝ vinū bibens. ſed legumini=
bus ⁊ herbis vſus fuit. Qua penitētia finita

reſtitutus ẽ in regnũ ſuũ. ⁊ nunc habꝫ regnũ
cum chriſto ſempiternũ. Qđ probat Aug⁹.
Et ponitur in canone. xxiij. q. iiij. Nabucho
do. penitẽtiã meruit fructuoſam. Et ſubdit.
Nonne etiã poſt innumeras ipietates flagel
latus penituit. ⁊ regnũ ꝙ ꝑdiderat rurſũ ac=
cepit. hec ille. Ita etiam iſti duo apoſtoli Ja
cobus ⁊ Johẽs ꝑ ſuꝑbiã qua inflati erãt. ſu
per alios volẽtes regnare elongatuꝫ fuit ab
eis regnũ. qñ dixit eis ieſus. Sedere ad de=
xterã meã ⁊ ſiniſtrã meã. nõ eſt meũ dare vo
bis. ſ. ſuperbis. Illis autem penitentib⁹ pe=
titionem impleuit. ipſoſqꝫ ſedere ad dexterã
fecit ⁊ ad ſiniſtram. Sicut hoc declarat ſan=
ctus Amb. dicens. Apoſtoli ſederunt a ſini=
ſtris quando officio apoſtolatus ꝑſiderunt.
nunc autem ſedent a dextris. q2 de pñti viſi=
one ſui conditoris letant̃. quoꝝ vtrũqꝫ datũ
ẽ a chriſto. hec Amb. Vel etiam acceperunt
qđ petierunt. q2 regnum chriſti etiã vno mo
do ẽ eccleſia militans. Iux̃ illud Mat. xiij.
Exibunt angeli ⁊ ſeparabunt malos de me=
dio iuſtorum. ⁊c̃. Cuius quidem regni ſini=
ſtrum eſt martyrium. Dexterum autem pax
⁊ tranquilitas. Jacobo venit ſiniſtruꝫ quia
martyrium pertulit. Act̃. xij. Occidit hero=
des fratrem iohãnis gladio. Johannes aũt
dexteꝝ tenuit. q2 ſine martyrij morte in pace
requieuit. vt habet̃ Joh. xxj. Sic eum volo
manere donec veniam. Tertio regnũ celorũ
paratum eſt pugnantibus. Juxta illud ꝙ ca
nitur de apoſtolis. Eſtote fortes. Et hi ſunt
martyres. q2 pro chriſto patiunt̃. De quib⁹
dicitur Matth. xj. Regnũ celorum vim pa
titur ⁊ violenti rapiunt illud. In ſignũ illiuſ
ſtephanus paſſus a iudeis. vidit celos aper=
tos ⁊ ieſum ſtantem ⁊ expectanteꝫ. Act̃. vij.
Ideo dicit Aug⁹. Et habet̃ in canone. xxiij.
q. vj. c. omnium. Si quis fidelium moritur ĩ
certamine. qđ ꝯtra infideles geritur. celeſte
regnum promeretur. Illo modo beatus Ja=
cobus promeruit regnum celoruꝫ. q2 pugna
uit cũ triplici hoſte. ſ. diabolo queꝫ vicit per
fidem. ſm illud qđ dicit̃. j. Pet̃. v. Diabol⁹
tanq̃ꝫ leo rugiẽs circũit querẽs quẽ deuoret
cui reſiſtite fortes in fide. Secũdo pugnauit
cum hermogene ſortilego ſiue mago. quẽ vi
cit per diuinam ſapientiam. ita vt arteꝫ ma=
gicam dimitteret. ⁊ ſibi in fide adhereret di=
cens. O liberator animaꝝ ſuſcipe nunc peni
tentem quẽ hactenus ſuſtinuiſti detrahentẽ
Tertio pugnauit cum herode maliuolo quẽ
vicit per patientiam. q2 mortẽ ab eo patient̃
perpeſſus ẽ. Ideo hodie merito eſt coronat⁹
⁊ cum chriſto in throno gl'ie collocatus. Iu
xta illud Apoc̃. iij. Qui vicerit dabo ei ſede=
re mecum in throno meo. ⁊ ſic nunc impletũ
ẽ qđ petiuit mater vt ſederent ſecum ĩ regno
ſuo. Quarto paratum eſt regnũ celoꝝ pau=
peribus tanq̃ꝫ chriſti imitatoribus. Jđ dicit
beatus Aug⁹ in li. ſolilo. Ecce dñe pauperes
filij tui ſumus. ⁊ puſillus grex tuus aperi no
bis ianuas tuas. Et edent pauperes ⁊ ſatu=
rabuntur. ⁊ laudabũt dñm qui requirent eũ
pſ. xxj. Scio dñe ⁊ per me fateor qm̃ ſoli q̃
cognoſcũt ſe pauperes ditabunt̃. hec ille. q2
ſm Greg. xviij. moral. Cũ deeſt terrena ſub
ſtãtia liberi⁹ ad patriã tendim⁹. q2 q̃ſi in via
poſiti pondere carem⁹. Iſto modo etiã bea=
tus Jacobus meruit celoꝝ regnũ. q2 propt̃
chriſtum pauꝑ fuit ſequẽs ipſum. q2 legitur
Matth. iiij. ꝙ ieſus ambulabat iuxta mare
galilee vidit Jacobum zebedei. ⁊ iohanneꝫ
fratrem eius in naui cum patre eorum. refici=
entes retia eorum ⁊ vocauit eos. Illi autem
ſtatim relictis retibus ⁊ patre ſecuti ſũt dñm
Super quo dicit Nico. de lyra ꝑ h̃ oñditur.
ꝙ perfecti imitatores chriſti erant. q2 relict]
retibus poſſeſſis. ⁊ etiam parentibus quãtũ
ad carnalẽ affectũ. animo prompto ſecuti ſũt
eum. Ideo meruerunt audire Matth. xix.
Vos qui ſecuti eſtis me. ſedebitis ſuꝑ ſedes
duodecim. ⁊c̃. Quinto regnũ celorum para=
tum eſt miſericordibus. Ideo dic̃ Grego. na
zãzenus in cõmentario pſalmoruꝫ. De nulla
re ſic vincitur inimicus. q̃ꝫ cum miſericordeſ
ſumus. Et ſubdit. In quo inuentum fuerit
opus miſericordie. ⁊ ſi habuerit aliquid de
quo in iudicio puniatur. tanq̃ꝫ vnda miſeri=
cordie peccatum extinguetur. Hec ille. Iſta
mia beatus Jacobus regnum celorũ meruit
Quia ſm Rabanũ ſuper Matth. Qui eſu
rientem pane verbi reficit. ⁊ ſitientẽ potu ſa=
pientie refrigerat. ⁊ errantem in domũ pr̃is
reuocat innocentẽ protegit. infirmum fide in
ſtruit. oppreſſis tribulatione ſubuenit cõpa=
tiendo veram miſericordiam implet. Et hec
omnia beatus Jacobus excellenter adiple=
uit. vt habetur in legenda.

¶ Sermo ſecundus de ſancto Jacobo

IN baculo meo
tranſiui iordanem iſtum ⁊ nũc cuꝫ
duabus turmis regredior. ita ſcri
bit̃ Gen̄. xxxij. ¶ Dicũt nat̃ales. Irũdo
eſt illius nature quando tempus hyemis ap
propinquat ad loca calida ſe tranſfert in quo
ꝑ hyemẽ manet. Accedẽte autem tẽpe veris

ſterato ſe tranſferre ſolet ad regiones nr̃as.
ſed añꝗ venit opoꝛtet ip̃am mare trãſire. in
quo pꝛo baculo tali vtit̃ cautela. ꝙ vna ala
natat aliã pꝛo velo erigit. vt ſic ſecure ꝑ fre=
tum veniat. Cũ aũt ad nos ꝑuenerit ouificat
⁊ pꝛoducit pullos vt ſic duplicato fructu. ad
calidas reuertat̃ regiones. Sp̃ualit̃ aũt per
irundinẽ beatus ap̃ls Jacobus deſignatur.
Recte ſic irũdo ẽ auis caſta. Qꝛ ſm̃ Are li.
vj. de animalibꝰ. non coit in anno neqꝫ ouifi=
cat niſi ſemel. ⁊ ſi bis ouat. pꝛima oua coꝛrũ=
punt̃ pꝛopt̃ hyemẽ. ſed ſolũ poſterioꝛa ꝯplẽ
tur ⁊ faciunt pullos. Jta. b. Jacobus caſtuſ
⁊ mundus fuit tã mundicia aīe ꝗ̃ coꝛpoꝛis.
Et figuratꝰ ẽ ꝑ thꝛonũ eburneũ quem vidit
Jobes in Apoc̃. qui erat veſtitus auro. ⁊ oꝛ
natus lapide p̃cioſo. ⁊ rex ſedebat ſuꝑ eum.
Per ebur qđ naturalit̃ ẽ frigidũ ſignificatur
ſua caſtitas quã credit̃ a iuuẽtute ſua cõſer=
uaſſe. vt dicere poſſet illud Tobie. iij. Mũ=
dã ſeruaui aīam meã ab om̄i cõcupiſcẽtia. ſ.
carnalis libidinis. Hic thꝛonꝰ erat veſtitus
auro charitatis erga deũ ⁊ pꝛoximũ. Qđ au
tẽ habuerit dilectionẽ erga deũ pꝫ. qꝛ ſama/
ritani qui chꝛiſtũ nõ receperũt. Jacobꝰ ⁊ Jo
hannes ex zelo magno quo dilexerũt volue=
runt vt ignis ad modũ helie deſcẽderet đ ce
lo ⁊ cõſumeret illos tanꝗ̃ eiꝰ contemptoꝛes.
Luc̃. ix. Qꝫ habuit dilectionez ergo ꝓximos
patet. qꝛ multũ laboꝛauit in domo dei. vt fi=
deles chꝛiſto vndiqꝫ cõgregaret. vt cõueniẽ
ter dicere poſſet. zelus domꝰ tue comedit me
ps̃. lxviij. Jſte thꝛonus etiã erat oꝛnatꝰ lapi
dibus p̃cioſis virtutuꝫ. Erat eni oꝛnatꝰ fide
abꝛaam de quo dicit̃. credidit abꝛaam. ⁊ re=
putatũ ẽ ei ad iuſticiã. qꝛ ip̃e iacobus vocan
te chꝛiſto credidit ei. relictis oībus ſecutꝰ eſt
eum Matth. iiij. Fuit fulcitꝰ victoꝛia iacob
qꝛ vicit diabolũ vt dicere poſſit illud. Gen̄.
xxvij. Recte vocatũ ẽ nomẽ eiꝰ iacob. quia
ſupplãtauit me en altera vice. Erat pꝛedituſ
mititate moyſi. qꝛ mitis erat reddẽs bona ꝓ
malis. vt pꝫ de hermogene in legẽda. quate
nus impleret doctrinã Matth. v. Diligite
inimicos vr̃os ⁊ bn̄facite his qui vos perſe
quũtur. Fuit ſtipatꝰ ſapiẽtia ſalomonis. qꝛ
fuit ip̃e cũ fratre ſuo qui ſpecialiter a dn̄o di
ſcere voluit de die iudicij ⁊ venturi Matt.
xxiiij. Ecce ꝗ̃ bn̄ oꝛnatus fuit ille thꝛonus.
Jđ xp̄s ſedebat ſuꝑ eũ qui in caſtis quieſce=
re ⁊ mundis delectabat̃ coꝛdibꝰ ſm̃ qđ dicit
Plato in phedrone. Ubi puritas in ip̃a ve=
ra diuinitas. atqꝫ ea q̃ diuinitatis ſũt appꝛo=
bant̃. ¶ Et pꝛopt̃ illã mundiciã ⁊ caſtita=
tem irundini cõꝑatur. que ſm̃ naturales lo=

cum ſuũ tenet mundũ. ⁊ adhoc inſtruit pul/
los ſuos ſtercoꝛa eijcere extra nidũ. Jta ipſe
vbicũqꝫ p̃dicauit loca fecit mũda peccatoꝛeſ
cõuertendo. đ hominibꝰ demones expellen
do. magos deuincendo. ⁊ diuinã voluntatẽ
tanꝗ̃ alam vnam dextrã erigendo. rõne aũt
velut altera ala in hoc ioꝛdane ſe regendo. ⁊
tanꝗ̃ baculo vtendo. Et qui iuit ſolus ad p̃
dicandũ cõpleto curſu. cum duabus turmis
igreſſus ẽ. qꝛ velut verbo multoſ pꝛemonuit
ſeruare caſtitatem. vt exẽplo ſui martyrij mł
tos deniqꝫ ſecũ traxit. Sicut Joſiam hermo
genẽ. ita vt poſſet dicere p̃dicta v̓ba thema=
tis. Jn baculo meo. ⁊c̃. Jn quibꝰ verba tri=
bus cõmendat̃. Pꝛimo de actu ſue acerbe
penalitatis. Secũdo de tranſitu pn̄tis moꝛta=
litatis. Tertio de gl̓ioſo reddítu eterne iocũ
ditatis. ibi. Et nunc. ¶ De p̄mo ẽ notãdũ
Roſa creſcẽs iuter ſpinas acutiſſimas ẽ int̃
illas quaſi peregrina. nõ eni cum illis cõicat
cũ ille ſunt pungentes. illa autez ſine ſtimulo
iugiter ꝑſeuerat. Et ꝗ̃uis ẽ ſine ſtimulo. tñ
a ſpinis pungit̃. ⁊ ab eis ſuſtinet paſſiones.
Moꝛalit̃ ꝑ roſam intelligũt̃ viri iuſti. ⁊ ſpe
cialit̃ hic iuſtus iacobus apoſtolus. Nã dic̃
Pli. in ſpe. na. li. ij. c. xix. Qꝫ roſa decocta in
aqua celeſti vel pluuiali. omnẽ fluxũ ex cali/
da cauſa ſedat. ⁊ puluis eiꝰ ſedat ſanguinem
de naribus pꝛofluentẽ. ⁊ deſiccat cõſumitqꝫ
putredinũ humoꝛẽ. Jta. b. Jacobꝰ tanꝗ̃ ro
ſa decoctus in aqua celeſtis ſapientie ⁊ pota
tus. ſm̃ illud. Ecc̃i. xv. Aqua ſapiẽtie ſalu/
taris potauit illũ. multoꝝ hoim ſedauit flu=
xum peccatoꝝ. vt pꝫ de phileto hermogene
⁊ Joſia in quibus ſanguinem pctõꝝ deſicca
uit ⁊ humoꝛẽ putredinũ expurgauit. vt dice
re poſſet illud Eſa. xliij. Ego ſum qui deleo
iniquitates tuas. qꝛ multoꝝ hoim pctã dele
uit pꝛece ſua. Et vtinã noſtra deleret pecca=
mina. ſicut fecit quidã de quo refert Jacobꝰ
ianuenſ. ¶ Cũ quidã pictoꝛ enoꝛme pec=
catũ ⁊ plurimũ deteſtabile cõmiſiſſet. ⁊ ep̃s
illũ abſoluere timuiſſet. Jllũ cũ cedula i qua
ſcriptũ hoc peccatũ erat. ad ſanctũ Jacobũ
miſit. Cum ergo in feſto eiuſdem cedulã ſuꝑ
altare poſuiſſet. vt ſuis meritis pctã ſua de=
leret exoꝛaſſet. Cedulã poſtmodũ aperuit. ⁊
peccatũ deletũ inuenit. Hic inꝗ̃ apoſtolꝰ ve
lut roſa inter ſpinas creuit. ſ. pctõꝝ ⁊ ſtimu=
lantiũ iudeoꝝ. inter quos fuit peregrinꝰ. ſic̃
ip̃e depingit̃. cũ pera ⁊ baculo. ſic ſolent ire
ꝑegrini. Jdeo dicit in baculo meo trãſiui ioꝛ
danem. Circa qđ notandum ſicut roſa exoꝛi
tur pꝛimo inter ſpinas tanꝗ̃ peregrina i ſuo
ſtipite nullam cõuenientiã cum eis habẽdo

nec naturā. Jta.b. Jacobꝰ inᷓ iudeos exor-
tus ē ꝑegrinꝰ. ⁊ in baculo laborioſe ꝑ̄dicatio
nis tranſiuit iordanē pn̄tis penalitatꝭ. Et bn̄
dicitᷓ peregrinꝰ. qꝛ videmꝰ ꝙ ꝑegrini qui vo
lunt ambulare hierl'm ſiue romā. oīa ponde-
ra grauātia ⁊ deprimētia a ſe deponūt vt agi
les fiant. ⁊ ſolūmodo neceſſaria ſecū ſumunt
Sic.b. Jacobꝰ tanꝙ̄ peregrinꝰ. volēs ire ad
celeſtē hierl'm oēm terrenā ſubſtantiā domi
dimiſit apud prēm. Matth.iiij. Cuꝫ domi-
nus eū vocauit cū fratre ſuo cariſſimo iohe.
ad ſtatū ꝑegrinationis. ſtati oīa dimiſit. ſ. na
uem rete ⁊ patrē. ⁊ ſecutꝰ ē ieſū. Qđ tractās
Chry. ſuꝑ Matth. dicit. Tria ſunt q̄ relin-
quere debēt qui ad xp̄m voluerint ire. ſ. actꝰ
carnales que per retia ſignantᷓ. ſeculuꝫ ⁊ res
mūdiales que ꝑ nauē. ⁊ ꝑentes q̄ ꝑ prēm no
tantᷓ. Reliquerunt ergo nauē vt fierēt eccl'ia
ſtice nauis gubernatores. Reliquerūt retia
vt iā nō afferēt piſces ad ciuitatē terrenā. ſed
hoīes ad celeſtē patriā. Reliquerūt vnū car
nalē patrē. vt ſpūales prēs oīm fierent. Hec
Chry. Ecce verꝰ ꝑegrinus. qui oīa reliquit.
⁊ nihil qđ ipſum aggrauaret ſecum ſumpſit
Jacobū. Gen̄.xxviij. ⁊.xxxiij. qui tranſiens
peregre in meſopotamiā ad laban. oīa dimi-
ſit patrē ⁊ matrē. nec habuit aīal nec famulū
ſed in baculo iordanem tranſiuit ⁊ volēs re-
quieſcere lectū nō habuit. ſed lapideꝫ ſuppo
nens capiti. ſic dormiuit. Jta.b. Jacobꝰ reli
quit prēm. nec portauit aurū vel argentum.
ſed in ſolo baculo tranſiuit pn̄tem mūdum.
Nam audiuit a xp̄o Matth.x. Nolite poſſi
dere auꝝ nec argentū neqꝫ pecuniam ī zonis
veſtris. Nos enī oēs in hoc mūdo ſumꝰ pere
grini. Qꝛ dicit Chry. ſuꝑ Matth. Uia ē ꝑ
quā oēs tranſeūt qui naſcuntᷓ. via ⁊ peregri
natio ē que intelliguntᷓ ꝙ a deo exiuerunt. et
ad deū feſtinēt. hec ille. Et ap'ſ ad Heb.xiij
Nō habemꝰ hic manentē ciuitatē. ſed futu-
rā inquiramus. Jdeo exēplo beati Jacobi.
qui de nullo ſollicitus erat. niſi de neceſſari-
is ad victū. alia oīa relinquēdo. ⁊ nos ſuper
flua reijcere debemus ne grauemur ī via ſm̄
cōſiliū ap'li. Deponētes oē pondꝰ. ad Heb.
xij. Et ſolū neceſſarijs ꝯtenti eē. Juxta illud
j. Timo.vj. Habentes alimēta ⁊ q̄bus tega-
mur his ꝯtenti ſimꝰ. Qꝛ dicit.b. Aug. in lib.
ſolilo. Ualde raꝝ ē vt qui diuitias poſſident
ad requiē tendant. qui rebus terrenis ſe im-
plicāt. ⁊ ei amore ſe ſociant qui in reꝝ tp̄aliū
amore defiguntur in deo nullatenus delectā
tur. nemo pōt amplecti gloriam dei. ⁊ diuiti
as ſimul ⁊ ſemel. Hec ille. Jdeo petiuit etiaꝫ
rex Salomon. Prouꝫ.xxxj. Diuitias ⁊ pau-
pertates ne dederis mihi. tantū victui meo
tribue neceſſaria. Scđo ſicut roſa pertranſit
ſpinas vndiqꝫ aculeis caſtigata. Jta.b. Ja-
cobus ſtatū pn̄tis miſerie vbi ſunt diūſe pū-
cture tranſiuit baculo vigoroſe caſtigatiōis
iugiter corpus ſuū ꝑ̄dicationibus ſuis. vigi
lijs. ieiunijs macerauit. Jta vt dicere poſſet
cum ap'lo. j. Cor.ix. Caſtigo corpꝰ meū. ⁊ in
ſeruitutē iteꝝ redigo. Hic ſanctꝰ Jacobꝰ at-
tendit dictū ſindoni. Abſtinētia vitam
prolongat. caſtitatē ꝯſeruat. deū placat. de-
mones expugnat. intellectū illuminat. vitia
domat. cor ipſum amore dei inflāmat. et hoc
contra multos q̄ libentᷓ vellēt cum ap'lo coro
nari. ſed nolūt ſecū caſtigari. volentes ſemꝑ
viuere in crapula ⁊ raro ieiunare. Sꝫ dicᷓ po
eta. Dulcia ſunt caſtra. ſꝫ ſi nō itur ad aſtra
Caſtigatꝰ eſt etiā.b. Jacobus varijs penis.
aliqn̄ flagellatus. vt pꝫ Actᷓ.v. cū alijs ap'lis
de quibꝰ dꝛ. Jbant ap'li gaudētes. Jnterdū
carceratus vt habetᷓ ibideꝫ. Et iecerūt manꝰ
in eos ⁊ poſuerūt in cuſtodia publica. Qđ ē
contra multos q̄ pati nolūt libenter diuerſa.
⁊ penas corporales. ⁊ ſi eis euenerit caſtiga-
tiones triſtantᷓ. cum potius deberent gaude
re. ſm̄ illud Aug. Gaudeat chriſtianꝰ in ad-
uerſis. qꝛ hic probatur an ſit iuſtus aut pec-
cator. Contriſtatᷓ ſane quē flagella corrigere
non poſſunt. Timeat ſuppliciū futurum qui
prius iudicis cōtempſerit remediū. Gaude-
at peccator cum in iſto ſeculo contriſtatur vt
poſt ſeculū cū chriſto remuneretᷓ. hec ille.
Tertio roſa tranſit per ſpinas ab eiſqꝫ patitᷓ
⁊ tandē ſuffocatur. Jta.b. Jacobus trāſiuit
per puncturas pn̄tis mundi paſſionis bacu-
lo doloroſe qđ ꝑ̄dixit ſibi ⁊ fratri ſuo iohan-
ni xp̄s. Matth.xx. Calicē meū. i. paſſioneꝫ
amarā bibetis. Sicᷓ ꝑ̄ſertim patet de iacobo
qui ab herode ⁊ a iudeis punctus fuit. ꝙ tā-
deꝫ ip̄m gladio ſuffocauit. Actᷓ.xij. Occidit
autē Jacobū fratrē iohis gladio. Et hꝯ quo
ad primum. Quantū ad ſecūdū de tranſitu
mortalitatis cōmendatᷓ cum dicitᷓ. Tranſiuit
iordanē. Ubi ſciendū ſm̄ Jſi. li.xiij. ꝙ iorda
nis ē fluuius qui naſcitᷓ ſub libano in oriēte.
⁊ tandē per multos circūitꝰ iuxta hierico in
mare mortuū fluit. qđ ip̄m abſorbet penitus
⁊ cōſumit. Hic fluuius ſignificat mundum ⁊
homines in eo ꝯtentos. qꝛ recte ſicut ille flu-
uius ſemꝑ tranſit. ſic mundus ꝯtinue trāſit.
Juxta illud. j. Joh.ij. Tranſit mundꝰ. i. ho
mines mundani ⁊ cōcupiſcētia eius. qꝛ oms
hoīes fluunt in mortē. q̄ ē tanꝙ̄ mare mortu
um nihil viuere permittēs. Jdeo dicitur. ij.
Reg.xiiij. Oēs morimur ⁊ q̄ſi aq̄ dilabimur

Cui dicto ꝯſonat pſ̄.xxxviij.Quis eſt hō q̄
viuet ⁊ nō videbit mortē.q.d.nullus.Quia
ſm Aplm ad Heb.ix.Statutū ē oib⁹ homi=
nibus ſemel mori.Jō mēdax fuit diabolus.
qui dixit ad p̄mos parētes.Neq̄ꝗ moriemi
ni.Gen̄.iij.Dixiſſet quidē verꝫ.ſi illi in inno
cētia pſtetiſſent.ſm ꝙ dr in cano.de ꝯſe.diſ.
iiij.c.placuit.vbi dr.Quicūqꝫ dixerit Adaꝫ
p̄mū hoiem mortalē factū.ita vt peccaret ſi=
ue nō moreret̄ in corpe nō peccati merito.ſꝫ
neceſſitate nature anathema ſit. Eſt etiā hic
tranſit⁹ mortis vilis ⁊ velox.qꝛ oēs in pulue
rem rediguntur̄.Juxta illud Gen̄.iij.Cinis es
⁊ in cinerē reuerteris.Eſt velox.qꝛ dr Job.
xiiij.Breues dies hois ſunt. Et iuxta dictū
Chry.ſup Matth. Tam breues dies hois
ſunt ꝙ vix aliquis in tota vita ſua poſſet ſe
ad mortē diſponere. ¶ Eſt tam̄ ſciendū ꝙ
tranſitus iuſtoꝝ multū differt a tranſitu vel
a morte maloꝝ.Et ſpēaliter in trib⁹. Primo
qꝛ tranſit⁹ ſanctoꝝ ē dulcis.qꝛ hic gemuerūt.
Recte ſic refert Pli.in ſpe.na.Et ſoli.in lib.
de mira.mundi.Cignus dū viuit gemit iu=
giter ⁊ triſtatur̄.Cū aūt morit̄ ameniſſime can
tat ⁊ letat̄.Sic iuſti in morte letant̄.Tum ꝓ
pter ꝯſcie puritatē.Tū propt̄ angeloꝝ ipoꝝ
aīas deducētiū ad claritatē.Jō.b.Jacobus
hodie cuꝫ leticia ꝓ dn̄o mortu⁹ ē ⁊ requieſcit i
pace.ita vt de ipo exponi pōt illud Eſa.lvij
Tranſibit in pace ⁊ ſemita maligni in pedi=
bus eius nō apparebit.Qꝛ in pace deduct⁹ ē
de iudea a diſcipulis ſuis in regnū galicee lu
pe regine.vt legit̄ in legenda. Sed in malis
iſte tranſit⁹ ē turbidus ⁊ amarus .ſic tradūt
naturales de leone.Qui dum viuit letat̄.ſꝫ
dū morit̄ emittit magnū clamorē ⁊ triſtatur
ſic mali dū viuūt letant̄ in malicia.ſm illud
Prou.ij.Letant̄ cū male fecerint. ⁊ exultēt
in rebus peſſimis.ſꝫ in morte triſtant̄.qꝛ ha
bent ꝯſcie obſcuritatē.meritoꝝ infecūditatē
⁊ demonū cōducētiū teterrimā viſionē. Jō
de eoꝝ morte dicit.pſ̄.xxxiij.Mors pecca=
toꝝ peſſima.Sic pꝫ de morte herodis agrip
pe qui hunc glorioſū occidit aplm. Nā vt le
git̄ Act.xij.Ex liberato petro ꝑ angelū d̄ car
cere herodes deſcendit a hierlm in ceſaream
Et cū ibi eēt indut⁹ veſte regali.ſedit pro tri
bunali.⁊ populus ſibi laudē diuinā exhibu=
it.Cōfeſtim ꝑcuſſus fuit ab angelo vehemē
ti dolore vteri.ſm ioſephum.ij.antiq̄tatum
⁊ vermes generabant̄ ab eo a q̄b⁹ miſerabi=
liter ꝯſumpt⁹ expirauit. ¶ Scd̄o iſte trā/
ſitus in ſanctis ē ſecur⁹.eo ꝙ de ſtatu pegri=
nationis tranſeunt in terrā promiſſiōis.que
fluit lacte ⁊ melle.i q̄ ſiue igrediant̄ ſiue egre

diāt̄ ad ꝯtēplationē hūanitatis ſemꝑ ueniunt
ſibi paſcua diue felicitatis.Joh.x.Sed i ma=
lis iſte tranſitus ē pauidus ⁊ inſecur⁹.Jdeo
b.Bern̄.li.j.medita.in pſona maloꝝ inquit
O aīa dicit mea.quis erit ille puer.cum di=
miſſis oibus.quoꝝ tibi pn̄tia tā delectabilis
fuit ⁊ iocūda.ſola ingredieris in alienā pror
ſus ignotā regionē.vbi tibi occurrunt cater=
uatim teterrima monſtra.Quis tibi i die tā=
te neceſſitatis ſuccurret.Quis te eruet a leo=
nibus rugientib⁹ p̄paratis ad eſcā.Quis cō
ſolabit̄ ⁊ quis deducet.q.d.nullus. Tertio
tranſitus in ſanctis ē deſiderat⁹.Juxta illud
pſ̄.xlj.Quēadmodū deſiderat ceru⁹ ad fon
tes aquaꝝ.Sic legit̄ de Tobia.c.iiij. Nunc
dn̄e ſm tuā volūtatē fac mecū miam.⁊ preci
pue in pace recipe ſpm̄ meū. expedit eni mi/
hi mori pluſq̄ꝫ viuere.Et b.paul⁹ ad Phil.
j.Cupio diſſolui ⁊ eē cū xpo. ſed iſte tranſit⁹
ē in malis doloroſus.Sic declarat deuotus
amandus in horalo.ſapie.li.ij.c.ij. O mors
q̄ꝫ amara eſt memoria tua. homini iocundo
⁊ in delitijs nutrito.Horribilis pn̄tia tua.ei
qui in equitate iuuenis.⁊ parit̄ ſucceſſib⁹ ꝓ
ſperis gradiens.hec ille.Et ille dolor ſurgit
ex hoc.qꝛ ſciunt eē ſcriptū Job.xxiiij.Ex de
aquis niuiū tranſibunt ad calorē nimiū et ꝙ
vermis cōſcie remordentis.nec ignis exurēs
eos vnq̄ꝫ extinguet̄ vt dicit̄ Eſa.vlt.Chry.
ſup Matth.dicit.Morte impioꝝ nihil do
loroſi⁹.Et ecōtra.morte bonoꝝ.nihil dulci⁹
Mors eni a malis nimiū formidat̄. a iuſtis
aūt vix expectat̄.Et hoc quo ad ſcd̄m ¶ Ꝺ
Quo ad tertiū.b.Jacob⁹ gloriat̄ de reddi/
tu glorioſo eterne felicitatis.cū dicit.Et nūc
cum duab⁹ turmis.Jn quib⁹ innuit triplicē
materiā leticie.Pria ſumit̄ ex ei⁹ ꝓſpera re=
uerſione.Scim⁹ eni cū aliq̄s pegrin⁹ in trā
alienā pegrinat̄.vbi ē quaſi exul.Si p⁹mo=
dū ꝓſpere ad propa reuertit̄ gaudet.ſic figu
ratū ē in iacob Gen̄.xxxiij.Qui tanq̄ꝫ exul
exiuit pr̄iaꝫ ſuā ⁊ pegrinauit in meſopotami
am ad laban.Cui ſeruiuit ꝓ rachel ſeptē au=
nis.p⁹ multiplicat⁹ i filijs ⁊ iumētis reuſus
ē cū gaudio in patriā ſuā.Cui cuꝫ Eſau frat̄
ſu⁹ obuiā in via dederat.diuiſit filios i duas
turmas.⁊ ſic glioſus corā fratre apparēt.ita
b.Jacobus exul fuit in hac terra. vt dicere
poſſet ad mundū illud.pſ̄.xxxviij.Aduena
ego ſum apud te ⁊ pegrin⁹. ſed ſic multipli=
cauit ſpūales filios per fidē ⁊ doctrinā cū q̄/
bus glorioſe nunc apparet cū fratre ſuo xpo
Qꝛ dr Exo.xxiij.Nō apparebis ante ꝯſpe=
ctū meū vacu⁹.Secūdo ſumit̄ ex ei⁹ iocūda
ſocietate.Qꝛ vt dictum ē nō ē reuerſus ſolus

ſed cū multꝪ fidelib⁹ q̈s cōuertit. qđ fuit ſibi
magnū gaudiū. Recte ſicut meſſores cū meſ
ſem diuturnā ꝯpleuerūt ⁊ reuertunt̃ cātant
ipſi tunc ⁊ letant̃. Jđ đꝛ de ſanctis. Cū meſ-
ſuerūt in cāpo dn̄i electos dei cū gaudio re-
uertebant̃. Juxta illud pſ̄. cxxv. Uenīetes
autē veniēt cū exultatiōe portantes manipu
los ſuos. Recte ſic̄ victores cū ceperāt p̄daꝫ
ab hoſtib⁹ illis ſupatis. in reuerſione letant̃
Eſa. ix. Sicut victores exultant capta p̄da.
qn̄ diuidūt ſpolia. ita ē de ſanctis. Tertia eſt
ex ſocietatis aggregatione ⁊ duplicatione.
Qꝛ dicit. Cū duab⁹ turmis ingredioꝛ. q̄ tur-
me fuerūt ſocietas angeloꝝ ⁊ hominū cuꝫ q̄
bus anima ſua ſanctiſſima gl'ioſe ad etherea
hodie gaudia cōſcendit. Uel fuerūt iſte due
turme ſocietas iudeoꝝ ⁊ gentiliū. de quibus
vtriuſq; multos ad fidē cōuertit. Uel pn̄t eē
duo populi orientaliū. quos mortu⁹ ad fideꝫ
ē lucrat⁹ quos nō poterat viu⁹ cōuertere vt
dicit Guil'. li. vij. vt pꝫ in legenda. Jđo tota
curia celeſtis de ſuo gl'ioſo reddittu ⁊ aſcenſu
admirans dicere potuit illđ Eſa. lxiij. Quis
eſt iſte glorioſus in ſtola ſua gradiens i mul-
titudine fortitudinis ſue.

¶ Sermo prim⁹ Petri apl'i ad vincula.

D Irupiſti vincu-
la mea tibi ſacrificabo hoſtiam lau-
dis. pſ̄. cxv. A Jſiđ. li. xij. dicit ꝙ
elephas inter cetera q̄drupeda ē hōe memo-
rie ⁊ intellect⁹. Qn̄ eni capit̃ a venatore ⁊ vi
culat̃ ⁊ verberat̃. ſi alius ſupuenerit vena-
toꝛ ⁊ ipſū ab illo liberabit ⁊ dat ei comedere
oꝛdeum bis vel ter. illius bonitatis nō obli-
uiſcitur. ſed diligit eū ⁊ deinceps ei obedit ⁊
manſueſcit. vt dicit Solinus in li. de mirab.
mundi. ¶ Moꝛalit̃ hoc aīal ponit̃ nobis
peccatoꝛib⁹ in exemplū. ne bonoꝝ dei obliui
ſcamur. ſed attēta mēte iugiter recoꝛdemur.
Ad hoc etiā nos hoꝛtat̃. b. Bern̄. Quantuꝫ
pro te fecit ex his ꝙ pro te factus ē homo co/
gnoſce. quaſi diceret. Et ſi nullū bonum tibi
aliud feciſſet. ſatꝪ ē ꝙ ꝓ te factus eſt homo. h
deuote deberes recognoſcere. ⁊ ſibi grates
reddere. ſed non ſolum factus ē homo. ſed ꝓ
nobis eſt paſſus. ⁊ a poteſtate diaboli libera
uit. Jdeo hoc memoꝛemur. ⁊ ne ſimus ingra
ti. Jdeo legitur. ij. RegꝪ. xv. C Abſalon pſe
quebatur patrem ſuum dauid pellēs eum a
regno. ita vt pfugus eēt a facie ei⁹. ⁊ factum
fuit in penā pro peccato adulterij ⁊ homici-
dij que cōmiſit. de quibus habetur. ij. Reg.
xj. Reſpexit autem dominus eius humilia-
tionem ⁊ liberauit ipſum ab hoc vinculo p-
ſecutionis. Nam. ij. RegꝪ. xviij. legitur ꝙ ab
ſalon occurrens quodā tempoꝛe ſeruis Da-
uid ſedens in mulo. Et cuꝫ ingreſſus eēt mu-
lus infra condenſam quercuꝫ adheſit caput
eius quercui. ⁊ illo ſuſpenſo mulus tanſijt.
Joab aūt fixit tres lanceas in coꝛ eius. ⁊ Da
uid liberatus ab hac pſecutione. quaſi a vin
culo. fecit hunc. pſ̄. cxv. Credidi. ne eſſet in
gratus. Jn quo dicit Dirupiſti vincula mea
hoc ē pſecutiones abſalon ⁊ alioꝝ ſibi fauen
tium. Et ideo ſacrificabo hoſtiā laudis. non
per me. ſed per ſacerdotes meos. Qui enim
aliquid per aliquē facit eſt ac ſi per ſe faceret
ex de regꝪ. iur̃. li. vj. Et hec verba pn̄t hodie
ꝯuenient̃ dici de. b. petro p̄ncipe apoſtoloꝝ
quē dominus per angelum ſuum liberauit a
vīculis herodis. Act̃. xij. Nunc ſcio vere qꝛ
dominus miſit angelū ſuum. ⁊ eripuit me de
manu herodis. Et iō grates ſibi refert dicēs
Dirupiſti vincula mea. ⁊c̄. Jn quibus duo
ſpēalit̃ deſcribunt̃. Primo diuina benigni-
tas petrū ſoluens. ibi. Dirupiſti vīcula mea
Scđo gratuitas hymnū referēs. ibi. Et tibi
ſacrificabo. ⁊c̄. De p̄mo eſt ſciendum. ſi au-
ceps viderit auem in rete vinctam. q̄ foꝛtaſ-
ſis eſt ſibi vtilis ad trahenduꝫ alias aues ad
capiendū. hanc nō ſinit iugulare. ſed leuiter
ſoluit. ⁊ in caueā ponit. lꝫ alie ab ip̄o iugulēt̃
¶ Moꝛaliter p aucupē xp̄s intelligit̃. de q̄
dicit poeta. Fiſtula dulce canit volucrē duꝫ
decipit auceps. qꝛ ip̄e dulcit̃ cantauit. quan
do ad rete fidei attrahere voluit aues huma
nas dicens. Penitentiam agite appropinq̄-
bit enim regnum celoꝛuꝫ. O dulcis fiſtula ⁊
omniū melodiaꝝ ſuauiſſima ꝙ homo poteſt
poſſidere regnū celoꝝ per pn̄iam. qđ pdidit
per culpam ⁊ negligentiaꝫ. Hic auceps xp̄s
vidit varias aues vinctas aliq̄s rete erroꝛis
q̄lis fuit dauid. ſic̄ in pſ̄. cxviij. Erraui ſicut
ouis q̄ perijt. Sil'iter illi de quib⁹ alibi. Erra
uerunt in ſolitudine. viā ciuitatis habitacu-
li nō inuenerūt. Et hi bene ſignificantur per
aues. Qꝛ ſꝫ Jſi. dicūt̃ quaſi deuie. i. ſine via
qꝛ eaꝝ vie nō ſunt in aere diſtincte. Q̄uis eni
motu alaꝝ diuidāt aerē. ſtatim poſt volatuꝫ
aere ſe claudente. nullū ſignū ſui volat⁹ dere
linquunt. Jdeo dicit Salomon Prou̇. xxx.
Tria ſūt mihi difficilia. ⁊ quartū penit⁹ igro
Uiā aq̄le i celo. viā colubꝛi ſup petrā. viam
nauis in medio marꝪ. et viā viri in adoleſcen
tia. ita hoīes etiā fuerūt cōiter capti oēs rete
erroꝛis. qꝛ viā nō agnouerūt. ſꝫ de illo vincu
lo ⁊ rete errorꝪ eripuit eos xp̄s ver⁹ auceps p
ip̄m petꝝ. qꝛ vidit ip̄m foꝛe vtilē ſue eccleſie
licꝫ alios ml'tos i erroꝛe ſuo iugulare permi-

ſit. Jō regratiādo dic̄. Dirupiſti vīcula. ⁊c̄.
Alias aūt vidit vinctas rete auaritie. ſic̄ mat
theū ⁊ ꝯſequēter oīs alios iudeos. Hiere.
vj. A minore vſqꝫ ad maiorem. oēs auaritie
ſtudēt. et hi etiā bn̄ ꝑ aues deſignāt̄. Qꝛ ſm̄
Areſt. Aues dicūt̄ ab aueo es. ere. qꝛ auide
comedūt. ⁊ tota die cibū q̄runt. ſic illi ꝯtinue
amare terrena q̄rebāt. Sed de illo retꝭ vicu=
lo liberauit xp̄s mathteū. dicēs. Matth. ix
Sequere me. qꝛ vidit quid ſibi foret ꝓficuū.
qꝛ multas aues cepit ſua p̄dicatione ⁊ ad re=
te xp̄i ꝑduxit. Jta ad ꝓpoſitū. b. Petr⁹ fuit
vinct⁹ varijs vincul̄. in q̄bus ip̄m chriſt⁹ iu=
gulare nō ꝑmiſit. qꝛ ſciuit ꝙ velut fructuoſa
⁊ multuꝫ vtilis colūba. multas colūbas ſibi
adduceret. quia vno die adduxit tria milia.
Act̄. ij. ⁊ alio die q̄nqꝫ milia. Act̄. iiij. De q̄
lucidius habes ſupra in ſermone Jonatas ⁊
Saul. ¶ Primū vinculū a quo chriſtus
abſoluit fuit terrene cupiditatꝭ. Quia legit̄
Matth. iiij. ꝙ cū magno ſtudio liberauit pi
ſcando ⁊ retia i mari mittēdo cum fratre ſuo
andrea vt ſe ſuoſqꝫ nutriret. Et in hoc cōpat̄
onagro. de quo dicit Plinius in ſpe. na. Q
herbas virentes cū magna diligentia ſolet q̄
rere ⁊ inuentas tm̄ diligere. ꝙ beſtiam in ſe=
quētē vel venatorē nō pōt ſentire niſi clama
uerint vocē exaltando. Jta. b. petrus tantū
fuit implicatus curis ſecularib⁹ in piſcando
ꝙ niſi dn̄s ipſum vocaſſet. eſtimo ꝙ rete ne=
qꝫ alia ſua reliquiſſet. ſed cum chriſtus vena
tor clamauit dicens. Venite poſt me faciam
vos fieri piſcatores hominum. Statim ſolu
tus fuit ab his vinculis. Relinquēs rete ſe=
cut⁹ ē eū. Jdeo interrogauit xp̄s Job. xxxix
Quis liberum dimiſit onagrum. ⁊ vincula
eius quis ſoluit. niſi ego. vbi dicit glo. Ona
ger tunc liber dimittitur. cum calcatis terre=
nis deſiderijs a dilectione omniuꝫ vanitatū
mens funditus eradicatur. Jta factū ē d̄ pe=
tro. vt confident̄ dicere poſſet. Ecce nos reli
quim⁹ omnia ⁊ ſecuti ſum⁹ te. Matth. xix.
O q̄ꝫ multi in hoc mundo vincti ſunt cū illo
vinculo terrene cupiditatis. ſimiles onagrꝭ
qui quottidie his inſudant temporalibus ⁊
dn̄s clamat ad eos ꝑ apoſtolū ſuū Johem. j.
Joh. iij. Nolite diligere mūdū. neqꝫ ea que
in mundo ſunt. Sed venite ad me oīs q̄ la=
boratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego reficiam vos.
Vos qui onerati eſtis ſcꝫ his temporalibus
Matth. xj. Nec tn̄ audiunt cū beato petro
vocē dn̄i. Jdeo tales incidunt in laqueū dia
boli. a quo grauiter poſſunt liberari. Juxta
illud apl̄i. j. Timo. vj. Qui cupiūt diuites
fieri. incidūt in laqueū diaboli. Secundum
vinculū fuit iniquitatis. quo ligatus erat qn̄
chriſtum ter negauit. Matth. xxvj. Sꝫ ab
hoc vinculo ipſum liberauit. quando eū ocu
lis ſue miſericordie reſpexit. vt peccata ſua
mite defleret. ⁊ fauorem ipſius requireret.
Jō dicit Petrus rauennenſis. Quis i ſecu/
lo peccauit enormius paulo. Quis in religi/
one graui⁹ petro. Jlli tn̄ ꝑ lachrymas ⁊ peni
tentiam meruerunt aſſequi. non ſoluꝫ myſte
rium ſed magnū ſanctitatis meritū. hec ille.
Sed ſunt prochdolor multi qui hoc vinculo
iniquitatis ligantur. Aliqui in capite per ſu
perbiam. reliqui in corde per iram ⁊ inuidiā
ceteri per loquacitatē in lingua. Nōnulli ve
ro in manibus per auaritiam. multi etiā i pe=
dibus per accidiā. Aliqui autem in ore ꝑ gu
lam aut caſtrimargiā. et quaſi omnes in ge=
nitalibus per iniquā luxuriaꝫ. vt dic̄ Hugo
in gloſa ſup decretales. c. firmiter credimus.
De his vinculis dicit ſapiēs. Jniq̄tates ſue
capiūt impiū. ⁊ funib⁹ pctōꝝ ſuoꝝ ꝯſtringe=
tur. Prouer. v. Facit eni diabolus ſm̄ Au=
guſtinū in libro confeſſionum. funē ⁊ cathe=
nam de peccatis. qꝛ cauſant malam volūta=
tem. ex qua facit libidinem. ex qua conſuetu
dinē. ex illa neceſſitatē. ex qua obſtinationeꝫ
⁊ cū illa cathena trahit hominē ad damnati=
onē ſempiternam. Sed fidelis deus qui non
vult damnationem peccatoris. hortat̄ quē/
libet peccatorē dicens. Solue ſcꝫ cum con=
feſſione. vincula colli tui captiua filia ſion.
Eſa. liij. Sꝫ illi nō audiunt dominū ⁊ vtinā
reſpiceret eos oculo miſericordie ⁊ pietatis.
vt ad lachrymas cōcitarent̄. ⁊ cū petro pctā
deflerent. Tunc audirent vocē illā letā dn̄i=
cam. Auferā iugū diaboli de collo tuo ⁊ vin
cula ei⁹ dirumpā. Hiere. xxx. Tertium vin
culum fuit carcer iudaice prauitatis. qꝛ legit̄
Act̄. v. Cū p̄dicaret. hieruſalē ⁊ in iudea cū
alijs apoſtolis. ⁊ miracula multa faceret ex=
urgens p̄nceps ſacerdotū. ⁊ qui cum eo erāt
repleti inuidia. manus in apoſtolos iniecert̄
⁊ in cuſtodia vbi ponunt̄ malefactores po=
ſuerūt. ſed dn̄s cū alijs non permiſit eum in=
terficere. qꝛ adhuc maiorem fructum deberꝫ
facere. Jdeo miſit angelum ſuum. q̄ ianuas
carceris aperuit ip̄mqꝫ eduxit. ¶ Quar=
tū viculū fuit herodiace imanitatꝭ. de quo ē
p̄ſens feſtiuitas. De quo habemus plenius
Actuum. xij. Si vis potes hic hiſtoriam in=
troducere. De hoc viculo fuit ab angelo mi
ſericordit̄ liberat⁹ in profectū plebicule chri
ſtiane. Que quidē liberatio figurata eſt Ge=
neſ. xlj. vbi legitur. ꝙ Joſeph accuſante eū
vxore Phutifaris miſſus fuit in carcerem.

ſed ad regie dignitatē pharaonis iuſſum. de
carcere eſt liberatus. ⁊ ſup domū ſuā procu=
ratoꝛ honoꝛifice ſublimatꝰ. ſic beatus petruſ
accuſantibus iudeis ē incarceratꝰ. ſed iuſſu
celeſtis regis ē de carcere herodis eductus.
⁊ in pꝛocuratoꝛem eccleſie exaltatus. Secū=
do hec liberatio. bea. petri fuit figurata. iiij.
Regꝫ. vlt. vbi legit ꝙ euilmerodach rex ba
bylonie ſubleuauit caput Joachim regis iu
de de carcere ⁊ poſuit thꝛonū eius ſup thꝛo/
nos regū. Jta dn̄s liberauit petrū ⁊ fecit eū
pꝛimū aplm̄. que ptās excellit oēs thꝛonos
regum ſeculariū. Ut dicit Gregꝰ. nazāzenꝰ.
⁊ ponit in cano. diſ. x. c. ſuſcipitis. Poteſtaſ
inq̄t pontificalis ſic excedit regalē dignitatē
ſicut humana celeſtia ⁊ ſpūs carnē. Ex quo
eum tot vinculis eripuit ⁊ taliter exaltauit.
poteſt exponi de eo illud Sap̄. x. A peccato
ribus liberauit eum. deſcenditq̄ʒ cum eo ī fo
ueam ⁊ in vinculis non dereliquit eū donec
afferret illi ſceptrum gloꝛie. Jō bene potuit
dicere illud pſ̄. cxv. Dirupiſti domine vin=
cula mea. Et hoc quo ad pꝛimum. Quantū
ad ſecūdū ponitur humana gratuitas hym=
num referens cum additur. Et tibi ſacrifica=
bo hoſtiam laudis. pſ̄. vt ſupꝛa. Refert vin
centius in ſpeculo hiſto. li. xxvj. ꝙ leo nō eſt
ingratus his qui eum eo liberant. ⁊ in neceſ
ſitate eū adiuuāt. ⁊ ponit tale exēplum. Cuʒ
quidam inſtitoꝛes venetijs applicuiſſent. vi
derunt leonē non pꝛocul a litoꝛe trahi violē
ter a dracone in ſpelūcā ad occidendum. At
illi repente draconem occiderunt ⁊ leonē li=
berauerūt. Liberatus igit nō ingratꝰ extitit
ſed per aliquot dies quibus illic moꝛati ſunt
quottidie pellē vnam aīalis eis appoꝛtauit.
¶ Moꝛaliter per leonem beatꝰ petrꝰ deſi=
gnatur. Recte eni ſicut leo ſm Jſi. li. xij. eſt
rex aīalium. ita b. petrꝰ fuit rex oīm aplorū
⁊ xp̄ifideliū. ſicut teſtat dn̄s ī cātico hodier=
no quo dicit. Simon petrus anteq̄ʒ de naui
vocarē te noui te. ⁊ ſuper plebem meā pꝛinci
pem te conſtitui. ⁊ claues regni celoꝛum tra
didi tibi. ſicut leo etiam eſt multū audax. nō
timens aliqđ animal. ſed cum catulus eī eū
verberatur timet ⁊ ſe abſcondit. vt dic̄ So=
li. in li. de mira. mundi. ſic ⁊ beatꝰ petrꝰ fuit.
multū audax in verbis ſuis ex magna dile=
ctiōe erga chꝛiſtū. qn̄ dixit xp̄s. Mat. xxvj
Oēs ſcandalū patiemini ī me iſta nocte. ip̄e
reſpondit. Et ſi oēs ſcandaliçati fuerint. ⁊c̄.
Cui dixit dn̄s. Amen dico tibi quia in hac
nocte anteq̄ʒ gallus bis cantet. ter me nega=
bis. Rn̄dit. Et ſi opoꝛtuerit me moꝛi tecum.
⁊c̄. Nec etiam timuit armatos iudeos. ſʒ ex=
emit gladiū ⁊ ꝑcuſſit ſeruū ꝑncipis ⁊ p̄cidit
auriculā eius dexterā. vide quante audacie
fuit. Sed cū verberaret ante eum in domo
Cayphe benedictus catulus virginis Ma
rie filius. tantum timuit iſte leo. ꝙ ipſum ne=
gauit ꝙ nunq̄ʒ vidiſſet eum. ⁊ exiens domū
ſe abſcondit. Hunc leonē dꝛaco crudelis he=
rodes traxit in ſpeluncaʒ carceris. vt eū pꝛo
duceret iudeis ⁊ occideret. ſed chꝛiſtus qui
eſt verus mercatoꝛ. qui mercatus ē nos ſuo
p̄cioſo ſanguine. ſʒ illud. j. Coꝛ. vj. Empti
enim eſtis p̄cio magno. liberauit ipſum a po
teſtate herodis. quem quidem etiam poſtea
occidit moꝛte turpiſſima. vt habetur. Actuū
xij. Jdeo noluit eſſe ingratus. Seneca in epi
ſtola quadam dicit. Jngratitudo ē maximū
⁊ turpiſſimū vitium inter omnia vitia ⁊ pec
cata. Sed domino ſuo liberatoꝛi obtulit pꝛo
pꝛiam pellem moꝛti exponendo. Juxta illđ
pſ̄. xliij. Quoniā pꝛopter te moꝛtificamur to
ta die. facti ſumus ſicut oues occiſionis. eti=
am quottidie pelleʒ faciei ſue obtulit lachꝛy
mis amariſſimis. Qđ teſtat papa Calixtus
Et habet in cano. diſ. l. c. Ut cōſtitueret. §.
Beatus petrus inquit lachꝛymas amariſſi/
mas fudit quando dominū negaſſe penituit
Jdeo dicit. Tibi ſacrificabo hoſtiā laudis.
Et hoc quo ad ſecundum.

Sermo ſecundus de eadē feſtiuitate.

Angelus domini
aſtitit ⁊ lumen refulſit in habitacu=
lo carceris. ꝑcuſſoq̄ʒ latere petri exci
tauit eū dicēs. Surge velocit ⁊ ceciderūt ca=
thene de manibꝰ eiꝰ. ⁊c̄. ita ſcribit Actu. xij.
A Scđm naturales ⁊ Amb. ī hexame. Lu
pus qui ſemel guſtauerit carnē humanā am
plius eam comedere appetit. effundere ſan=
guinē humanū delectat. ⁊ in tantum etiam
pꝛo ea carne ſepius moꝛti ſe exponit. Jō re=
fert Areſto. li. ij. animalium. Q in india ſunt
quidam ſeuiſſimi lupi. habentes tres oꝛdi=
nes dentium qui ſolum comeduut homines
Et racio huius poteſt eē. quia homo int oīa
aīalia carnē habet ſapidioꝛem. ⁊ ſanguinem
dulcioꝛem. quia de quanto aīal de melioꝛibꝰ
veſcit eſcis ⁊ nutritur. de tanto caro eiꝰ ſua=
uioꝛ redditur. ⁊ ſanguis a medicis laudabi=
lioꝛ eſtimat. ⁊ ſic ē de hoīe. ⁊ ſic caro eius a
lupis plus appetit. ¶ Sp̄ualit per lupū
intelligo quēlibet crudeleʒ tyrannum. Sed
per hominem omnem fidelē chꝛiſtianum. qꝛ
qui ſunt mali chꝛiſtiani hoīes dici nō meret
ſm illud venerabilis Boetij li. iiij. pꝛoſa. iij.
Euenit vt quem tranſfoꝛmatū vitijs videas

Improbũ hoīez eſtimare nõ poſſis. mõ recte
ſic lupꝰ ſel' guſtata carne hoīs ⁊ eiꝰ effuſũ ſan
guinẽ ſemꝑ appetit. ſic malꝰ ⁊ lupinꝰ tyrãnꝰ
ꝗ ſemel guſtauit ꝑ occiſionẽ carnẽ ſanctoꝝ
hominũ ⁊ effudit ſanguinẽ ipoꝝ ſemꝑ deſi-
derat effundere. Qꝛ dicit reg. iur. de reg. iur.
li. vj. Qui ſel' malus ſemꝑ pſumit eẽ malus.
Et tales fuerũt illi de qbꝰ dicit Dauid in pſ.
lxxviij. Deꝰ venerũt gẽtes ĩ hereditatẽ tuaꝫ
polluerũt tẽplũ ſcm̃ tuũ. poſuert morticinia
ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas volatilibꝰ celi carnes ſan-
ctoꝝ tuoꝝ beſtijs tre. effuderũt ſanguinẽ eo-
rũ tanquã aquã in circũitu hierlm. ⁊ nõ erat
ꝗ ſepeliret. Qui tyrãnꝰ lupinꝰ fuit herodes
agrippa. ꝗ cũ ſel' guſtaſſet carnẽ dulciſſimam
beati iacobi apli. quẽ occidit vt hr Act. xij.
Occidit aũt iacobũ fratrẽ iohis gladio. Ideo
ꝓpoſuit apphendere petrũ. ⁊ vt eũ tpe opor
tuno occideret. miſit eũ in carcerẽ. qꝛ appeti-
tus eius nõ fuit ſatiatus. ſed magis accẽſus.
Sꝫ dñs eũ ab illo lupo liberauit. mittẽs an-
gelũ ſuũ. ⁊ hoc volunt vba thematis ꝑliba-
ta. Angelus dñi aſtitit. ⁊c. In his vbis duo
pncipalr innuunt. Primo liberatio petri lit-
teralis. ibi. angelus. Scdo liberatio pctõꝝ
ibi. lumẽ refulſit. ❡ De pmo ẽ notãdũ. dicit
Albertꝰ in li. reꝝ de natu. elephantis. cũ tale
aial ceciderit ꝑ ſe reſurgẽ nõ põt. Qd ſentiũt
venatores inſiſtũt diligent vt capiãt. Nã ar
borẽ cõcauãt qua ſe ſolet appodiare. ⁊ cũ de
nocte venerit dormire cupiẽs. inclinando ſe
ad arborẽ cadit. Cũ aũt ſe eleuare nõ poterit
clamat quẽ clamorẽ cũ alij elephãtes audie-
rint. adueniunt ipm cupiẽtes eleuare. Sꝫ cũ
nõ pñt eũ iuuare clamãt cũ eo quilꝫ venerit
minoꝛ elephas. ꝗ ſe inclinãdo põt euꝫ roſtro
eleuare. Moralit ꝑ hoc aial. b. petrꝰ. põt de
ſignari. qꝛ legit de elephante ꝙ eſt maximuꝫ
inter oĩa aialia. Verſus. Corpore tã grãdes
apud indos ſunt elephantes. Qd bene puta
res montibꝰ eẽ pares. Qꝛ. j. Macha. vj. le-
gitur. ꝙ anthiocus pugnaturus cõtra iudaꝫ
machabeũ in ſuo exercitu habuit elephãtes
in quibus erãt lignee turres edificate. ⁊ ĩ eis
machine de quibus pugnabãt. xij. viri. de hꝫ
legit in hiſtoria regis Alexandri magni. ꝙ
porus rex indoꝝ pugnaturus cõtra Alexan-
drum ſecũ multitudinẽ ſumpſit elephantum
vt ſic macedones cito expugnaret. Alexan-
der autẽ hoc ſciens excogitauit ſolertiã fecit
ſtatuas figurã hoĩs habẽtes qs replẽs pẽnis
igneis ante exercitum ſuum iuſſit pꝛeire. Ve
niens autem poros cum exercitu ſuo. quẽ pi
bant elephantes. qui videntes ſtatuas putã
tes eſſe homines. irruerũt in eas. ⁊ roſtra cõ
cremantes retro pꝛotinus fugierunt. ⁊ a ma
gnitudine multos occiderunt. Ex quibus fi
guris claret huius aialis magnitudo. Ita. b
Petrus int alios aplos fuit maioꝛ in digni-
tate. qd pꝫ ex illa figura Matth. xvij. vbi le
gitur. Cum ieſus veniſſet capharnaũ acceſſe
runt qui didragma acceperunt ad petrum. ⁊
dixerunt ei. Magiſter veſter non ſoluit di-
dragma. ⁊ erat didragma quoddaꝫ pondus
ſm hiero. Verſus. Dat nũmos didragma
duos ſtater illud duplicabit. Petrus etiam
ait eis. Et cum veniſſet ad domum pꝛeuenit
eum ieſus dicens. Quid tibi videtur ſimon.
Reges tre a quibus accipiunt tributum. vl
cenſum a filijs ſuis. an ab alienis. At ille di-
xit. ab alienis. Dixit illi Ieſus. Ergo liberi
ſunt filij. ſed ne ſcandalizemus eos. vade ad
mare ⁊ mitte hamũ ⁊ piſcem qui pꝛimꝰ aſcen
derit tolle. ⁊ aperto oꝛe eius inuenies ſtaterẽ
illum aſſumes. da eis pꝛo me ⁊ pꝛo te. vbi di-
cit gloſa. ꝙ Petrus intelligit maioꝛ. qꝛ tunc
temporis ſoluꝫ capitanei ⁊ nõ alij exoluebãt
cenſum. Ideo etiam dicit ĩ canone. ij. q. vij.
c. Petrus a domino dictus fuit cephas. hoc
eſt caput omnium alioꝛum diſcipuloꝛum. et
non ſolum apoſtoloꝛum. imo omnium reguꝫ
⁊ pꝛincipum ⁊ imperatoꝛum fuit pater ⁊ ma
giſter. vt habetur diſtinctione. xcvj. c. quis.
Vbi dicit Grego. Quis dubitet ſacerdotes
chꝛiſti quoꝛum Petrus fuit pꝛincipalis ⁊ ca
put regum ⁊ pꝛincipum omniumqꝫ fidelium
patres ⁊ magiſtros cenſeri. ❡ Secundo ele-
phas eſt boni ĩtellectus ⁊ memoꝛie. ⁊ ita ſũt
dociles ꝙ regẽ cognoſcunt. ⁊ qſi adoꝛare in-
ſtruuntur. vt dicit Pli. in ſpeculo naturali.
libꝛo. viij. c. j. Ita beatus Petrus ita boni ĩ-
tellectus fuit ꝙ chꝛiſtum verum regẽ celoꝝ
intellexit quando dixit. Tu es chꝛiſtus filiꝰ
dei viui. Matthei. xvj. In quibus verbis
cognouit in chꝛiſto eẽ duas naturas. homis
videlicet ⁊ deitatis. ꝙ tamen nullus alioꝛuꝫ
cognoſcere potuit. Nam illi dicebant Iohã
nem baptiſtam. Alij heliam. ceteri hieremi
am. aut vnum ex pꝛophetis. ſed ille ſolũmo-
do tetigit illius interrogationis veritatem.
Recte ſic in ſcholis multi ſcholares ĩ vna in
terdũ queſtione examinant. quã tamẽ vnus
ſolus exoluit magiſtro. reſpondendo ad ve
ritatem qõnis. Ideo dicit Beda in omelia.
commendando beatuꝫ Petrum. noſcet aũt
dilectio veſtra ꝙ miranda inſtinctione ſit fa
ctũ. vt cum de vtraqꝫ eiuſdeꝫ domini ⁊ ſalua
toꝛis noſtri natura ab ipo dño. ⁊ fidei eiꝰ di-
ſcipulo eſſet pꝛoferenda ſententia ipe domi-
nus humilitatẽ aſſumpte nature pꝛofiteatur

diſcipulus excellẽtiã diuine eternitatis oñdat
dñs de ſe qđ min⁹ ẽ. diſcipl's de dño intima-
uit qđ mai⁹ ẽ. dñs de ſe ꝙ fact⁹ ẽ propẽ nos.
diſcipl's de dño declarat q̃ ẽ q̃ fecẽ nos. hec il
le. Et ꝑpẽ talẽ ꝓfundũ intellectũ ꝯpatur. b.
Petr⁹ ꝓphe danieli de q̃ Dañ. v. Cũ rex bal
thaſar vidit ſcribentẽ manũ in pariete. hec
ṽba mane. thecel. phares. de quib⁹ interro-
gauit ſapiẽtes regni ⁊ nemo potuit intelligẽ
ṽba hec. Tãdẽ daniel ſolerẽ exponẽs dixit.
Mane. i. numerauit de⁹ regnũ tuũ. ⁊ ꝯpleuit
illud. Tethel appẽſus es in ſtatera. ⁊ iuent⁹
min⁹ hñs. Phares diuiſũ ẽ regnũ tuũ ⁊ da-
tũ ẽ medis. Jubẽte igiẽ rege indut⁹ ẽ purpu
ra ⁊ circũdata collo ei⁹ torques aurea ⁊ p̃di/
catũ ẽ de eo ꝙ ptãtẽ hꝫ terti⁹ i regno. ita fuit
ad p̃ñs. ꝙ nullus potuit dictũ hui⁹ dubij qđ
ꝓpoſuit dñs inuenire ṽitatẽ qñ dixit. Queꝫ
dicũt hoies filiũ hois. niſi ſol⁹ petr⁹ q̃ illđ ex
poſuit. iđ remunerat⁹ ẽ a ſummo rege. nõ au
ro aut purpura ſed maiori dono btitudinis.
qñ ait. Beat⁹ es ſimon bariona. Et tradidit
ei ptãtẽ regni celoꝝ. Mat. xvj. ¶ Tertio
elephas ẽ illi⁹ nature vt diẽ Pli. li. viij. c. v.
Si in deſerto viderit hoiem errantẽ. ipm p̃-
cedit. ⁊ in viã verã de errore reducit. ſi dra-
co hoi occurrerit volẽs ipm ipugñre. elephaſ
ꝓ hoie defendendo pugñt cũ dracone. ⁊ ꝓ eo
viriliẽ ſe exponit. ſic. b. petr⁹. Si viderit noſ
in h̃ mũdo deſerto errare in pctis. tãq̃ ver⁹
paſtor reducit nos ad viã ṽitatl. ſiẽ reduxit
illos quib⁹ dixit. j. Pet. ij. Eratl aliqñ ſicut
oues errãtes. Sꝫ ꝯuerſi eſtl. ſ. ꝑ me nunc ad
paſtorẽ ⁊ epm aiaꝝ vraꝝ. Et etiã tuebiẽ noſ
a dracone ifernali dicẽs i ſua epl'a. j. Pet. v.
Sobrij eſtote ⁊ vigilate q̃ aduerſari⁹ vr̃ dia
bol⁹ tanq̃ leo rugiẽs circũit q̃rẽs quẽ deuo-
ret cui reſiſtite fortes i fide. Jdẽ oñdit in exẽ
plo. ꝙ quẽdã demoniacũ a ptãte diaboli li-
berauit ⁊ aiam ad corp⁹ ad agẽdũ pniam re-
duxit. Siẽ đ h̃ refert Jacob⁹ ianuenẽ. Apđ
coloniã vrbẽ i monaſterio ſancti petri. Erat
q̃dã monach⁹ leuis lubric⁹ ⁊ laſciu⁹. hic duꝫ
ſubita morte fuiſſet p̃uent⁹. demões ipm ac-
cuſabãt ⁊ q̃libet pctoꝝ genera corã eo clama
bãt. vnũ dicebat. Ego ſũ cupiditas ⁊ iniqui
tas tua. quã frequẽẽ tã ꝯtra p̃cepta dei ꝯcu-
piſti. aliud clamabat. Ego ſũ vanagl'ia q̃ te
apud hoies exaltaſti. tertiũ ait. Ego ſũ mẽ-
daciũ in q̃ mentiẽdo peccaſti. ⁊c̃. ⁊ ſic ecõtra
bona opa que fecerat. ipſũ excuſabant dicẽ-
tia. Ego ſũ obediẽtia quã ſeniorib⁹ ſpũalib⁹
exhibuiſti. Ego pſalmoꝝ cant⁹ q̃s frequenẽ
cecinisti deo. Sanct⁹ autẽ Petr⁹ cuius erat
monachus ꝓ ipo deo dep̃cat⁹ adijt. Cui re/
ſpondit dñs. Nũq̃d ꝓpha me iſpirãte dixit
Dñe q̃s habitabit in tabernaculo tuo q̃ igre
diẽ ſine macula. pſ̃. xiiij. Quõ hic põt eẽ ſal
uus. cũ nõ ẽ ſine macula. nec ſit iuſticiã opa-
tus. Rogante igiẽ ꝓ eo petro. cũ ṽgine mr̃e
dei. Hãc dñs ſniam ꝓtulit vt ad corp⁹ redi/
ret ⁊ pniam ageret. Tũc cõfeſtim petr⁹ claue
quã tenebat in manu diabolũ terruit. ⁊ in fu
gam ꝯuertit. Aiam ṽo ei⁹ in manũ cuiuſdaꝫ
monachi in p̃dicto monaſterio tradidit. qui
ab eo ꝓ mercede ꝯductiõis popoſcit. vt ſin-
gulis dieb⁹ ꝓ eo pſ̃. l. Miſerere mei de⁹. di-
ceret ⁊ ſe ſepulturã ſepe ſcopis mũdaret. ipſe
aũt de morte rediẽs. q̃ ſibi ꝯtigerant cunctis
enarrauit. ¶ Quarto elephas ẽm Plini.
vbi ſupra. c. j. Magne ẽ virtutl iẽ oia aialia
vt vix in hoibus tanta virt⁹ inueniaẽ. Nã in
noua luna ꝯueniũt ⁊ in flumine ſe abluũt. et
nouo ſideri ſe inclinãt. Jta. b. petr⁹ inẽ oms
ſanctos magne fuit in miraculis faciẽdis vir
tutis. Refert eni Vincẽ. in ſpe. hiſto. li. viij.
ꝙ taliter priuilegiat⁹ ẽ in miraculis. ꝙ aliter
legiẽ feciſſe q̃ xp̃s. Habuit eni ṽtutẽ in ver-
bis dicẽs. Enea ſanet te ieſus xp̃us. ſurge ⁊
ſterne tibi. ꝯtinuo ad illa ṽba ſurrexit ꝓtin⁹
⁊ liberabaẽ a morte. Jtẽ i plateiſ vbi ſolebat
tranſire infirmi ponebanẽ. Act. v. Habuit
virtutẽ ꝑ baculũ facere miraculũ. ſiẽ legiẽ đ
beato martiali cui baculũ ſuũ dedit ⁊ mater-
nũ mortuũ ſuſcitauit. Habuit ṽtutẽ exerce-
re in cathena. vt pꝫ in legẽda ſua. ⁊ nũc habꝫ
virtutẽ in oſſib⁹ ſuis. Si ĝ tante ṽtutis fuit
eius vmbra. quante virtutis ẽ nunc eius aia
gl'ioſa. ſi tantũ valuit ei⁹ bacul⁹ quantũ nũc
valet eius pius effectus. ſi tantum pñt eius
oſſa. quantũ nunc poſſunt ei⁹ merita. Jdeo
bene nunc elephanti cõparaẽ. Jſte elephas
glorioſus. b. Petr⁹ apoſtolus cecidit in gra-
uem carcerem herodis Et nõ potuit ꝑ ſe ſur
gere nec effugere. q̃ erat vinctus duab⁹ ca-
thenis ⁊ cuſtodes ante hoſtiũ cuſtodiebant
carcerẽ. vt diciẽ Act. xij. Et ſimiliẽ duo mili
tes cum eo in carcere. ita ꝙ homini non pate
bat euaſio Jdeo ipſe ad dominum clamauit
dicens cum pſ̃. cxlj. Educ de cuſtodia aiam
meam ad confitendum nomini tuo. me expe-
ctant iuſti. q̃ omnes iuſti expectabãt eius li-
berationẽ ⁊ hi cũ ipo clamabãt ad dominuꝫ
Quia dicitur Actuũ. xij. Petrus ſeruabaẽ
in carcere. oratio autẽ fiebat ſine intermiſſio-
ne ad dominuꝫ ab eccleſia. Et addit glo. Ni
col. de lyra. vt chriſtus ſuũ vicarium ſerua-
ret adhuc in vita eum de carcere liberauit.
quia non poterant ipſum ſubleuare operib⁹
Jdeo adiuuabãt clamoribus ⁊ orationibus

et tam diu ſecum clamabant quouſq; veni/
ret chriſtus qui eſt paruus elephas. propter
ſuam humilitatem. Et vt dicit apoſtolus ad
Phil. ij. Humiliauit ſemetipſum formaʒ ſer
ui accipiens. hic ore ſuo. hoc ē miſterio ange
lico. qui exprimunt voluntatem domini re=
cte ſicut os. exhibuit volūtatē mentis. ſic ip
ſum de carcere ſubleuauit Ipſe enim ꝑmiſit
per. ps̄. xc. dicens. Clamauit ad me ⁊ ego ex
audiā eū cū ipſo ſum in tribulatione. eripiaʒ
eum ⁊ glorificabo eum. Et ipſum liberando
glorificauit ſuper omnes reges ⁊ principes.
Ita vt de ipō exponi pōt illud Sap. ¶ Glo
rificabit dn̄s ſanctum ſuū. ſ. petꝝ in ꝯſpectu
regum ⁊ dedit illi coronam. ad quā nos per/
ducat ieſus in ſecula bene.

¶ Sermo tertius de eadē feſtinitate.

Angelus domi=
ni aſtitit ⁊ lumē refulſit in taberna
culo carceris. ⁊c̄. Act. xij. Diony
ſius i hierarchia angelica dicit. Ignis ē cor=
pus ſenſibile longe excellentius ⁊ ſubtili⁹ ali
is omnibus rebus corporalib⁹ ⁊ natura ſpe=
cialibus. proximū eſt enim in omnibus ⁊ per
omnia ſe dare venit. ⁊ ab omnibus ſe non re
mouetur. ita caldei videntes ignis excellen=
tiam. ipſum adorabant pro deo. q2 idola alio
rum gentiliū cū eo cōbuſſerūt. ⁊ ſic ignē ſum
mū deū crediderūt. vt dicit Robert⁹ holcot
ſuper li. ſap̄. Nolētes autē adorare cogerūt
⁊ cum eis pugnam inierunt. ita ſi deus ab ali
quo vinceretur. eius culturam dimitterent.
Si vero ignis vinceret. colendos ſe ſemper
obligarent. Canopei autem in egypto idolū
belli colentes. cum hoc audiſſent coronaʒ au
ream capite idoli ſui depoſuerūt. ⁊ ſup illud
quoddā vas teſteum aqua plenū locarunt ⁊
illud multis foraminibus pforauerūt. ⁊ cera
foramina obturauerſ. Venientes aūt caldei
ad iſtō idolū examinandū appoſuerūt igneʒ
⁊ ſtatim in foraminibus cera liquefacta de=
ſcendit aqua. ⁊ ignem extinxit. et ſic canopei
ſunt idolis ſuis permiſſi. A ¶ Spūaliter per
ignem deſignatur charitas. hec eſt excellen=
tiſſima ⁊ ſumma virtutum ⁊ ſicut ignis ſem
per aſcendēs ſm illud. Aug. li. de laude cha
ritatis. Charitas eſt actio rectitudinis ocu=
los ſemper habens ad deum. ſcrutiniuʒ ani=
marum. ſocietas fidelium. actio non frigida
nec fugax. hec ille. Ubi enim hec charitas fu
erit ibi omnia idola peccatorum cōburūtur.
Quia ſm qd̄ dicit proſper de vita cōtēplati=
ua. Charitas eſt vita virtutū. mors vitiorū
Sicut eni fluit cera a facie ignis. ſic vitia a fa
cie charitatis. Idō beat⁹ Aug⁹ in ſolilo. orat
dicēs. O ignis q̄ ſemp ardes. ⁊ nunq̄ extin/
gueris. o amor qui ſep ferues ⁊ nūq̄ tepeſci
accende me. accēde inquā me totum. vt totū
diligam te ſolum. Quoniā min⁹ amat qui te
cum aliquid amat. Hec Aug⁹. Canopei autē
ſunt demones ꝯſiderātes q charitas oia ido
la cōburit vitioꝝ. occulte pordināt vt aqua
voluptatū hanc extinguat charitatē. ſicut pȝ
in Salomone. iij. Regū. iij. Qui accēſus erat
charitate. q dilexit dn̄m. ⁊ ambulauit in pre
ceptis pr̄is ſui. ſed diabolus ſupfudit aquas
voluptatū. q ipē adamauit mulieres alieni=
genas. ⁊ idola eis erexit in mōte oliueti. ⁊ cū
eis idolatrauit. vt habetur. iij. Regū. xj. Nō
aūt ignis charitatis illuminat pctōrē. ⁊ facit
ipſum ſurgere a peccato cōburēdo vitia. oſtē
dunt verba p̄libata. quo ad myſticum ſenſuʒ
cū dicūt. Angelus domini aſtitit. ⁊ lumen re
fulſit. ſ. charitatū. in habitaculo carceris. ſcȝ
cordis. Et diuidit in duo. Primo quot ſunt
neceſſaria peccatori vt reſurgat. Secūdo q̄t
requiruntur q in gratia permaneat Pro do
ctrina morali ē notandū. Areſto. in li. de plā
tis ait. Arbor habet in ſe potētiā ſeminalem
⁊ ſm hanc nō pōt ꝑducere in actū. niſi ab ex
trinſeco adiuuet. ⁊ hoc ē a tpibus anni. In=
diget eni veris tpatione ad ei⁹ emiſſionē. q2
tūc tpis nō ē vehemēs frig⁹ cōgelans vel ca=
lor vehemēter ſemē adurens. Indiget etiaʒ
ſole vt calor ingrediēs ſegreget humorē ſemi
nū a nutrice Et dr. ij. Phiſi. Homo generat
hominem. ⁊ ſol. Indiget etiam hyeme vt hu
mor ſeminalis cōgreget ad radices. ⁊ p⁹ exit
et arborē viuificat ⁊ ad producendū fructus
excitat. B ¶ Spūaliter per arborē homo
deſignat. ſm q dicit abbas Agaton in vitas
patrum. Homo ſimilis eſt arbori. cui⁹ labor
folia. interior cuſtodia fructus. Hec arbor ſi
arida facta eſt p peccatū ⁊ mortua nō pōt re=
ſurgere ⁊ viuificari. niſi affuerint q̄ ad arbo=
rem materialē exigunt. Primo indiget vere
hoc ē grā dei. Et hoc tangit i verbis thema
tis. Angelus domini aſtitit. Per que notat
dine grē pūētio ſine qua peccator nō pōt exi
re de carcere pctōꝝ. ſic nec plāta ð terra ſine
auxilio veris ⁊ tpe calidoꝝ. Et dicit ſalua=
tor in euāgelio. Ioh. xv. Sine me. i. ſine gra
tia mea nihil poteſtis facere. ſcilicet nullum
bonum. Ideo dicit Fortunatus in omelia.
Omnis homo qd̄ ſibi bonuʒ cōſpexerit eue=
nire totū hoc aſcribat clementie diuine gra=
tie. Pōt quidem per ſe homo cadere i pctm̄.
p ſe autem nequaq̄ poteſt reſurgere. quod
declarat Chry. ſuper Mat. in exēplo dicēs

Stans ſup puteū aut foueā. libeꝝ hꝫ arbitrium incidendi vel foris manendi. ſi aūt volūtarie inciderit. exire nullo mō poterit. niſi ab aliq̄ extrinſeco adiuuet̄. ita hō antequā peccat ſtat ſup foueam. ⁊ pōt peccare vł̄ dimittere ⁊ ſequi rōnem q̄ ſemꝑ ad optima depꝑcatur. i. inclinat ſ͞m Arc. Cū aūt inciderit exire nō poterit. niſi gr̄a dei mediante. Iux̄ illō Chry. in omel̄. Nos quidē hoies an̄q̄ peccamus libeꝝ habem⁹ arbitriū. ſi volum⁹ illud ſequi an diaboli volūtatē. Qō ſi obligauerimus nos opib⁹ ei⁹. iā nr̄a volūtate euadere nō poſſumus. Et ponit exēplū. Recte ſicut nauis fracto gubernaculo. ducit̄ quo tempeſtas impellit. Sic ⁊ hō dine gr̄e auxilio amiſſo per peccatū. nō agit qō vult. ſed ꝙ diabolus vult. Et niſi de⁹ valida māu ſoluerit. homo in peccatis manebit. hec ille. Et pꝫ ex illo ꝙ nō ē mirū. ꝙ q̄ ceciderit in foueā peccatoꝝ ad diuerſa impellit̄ peccata. diabol⁹ eq̄tat ipſum. ⁊ ducit ipſum. recte ſicut equeſter equū ſuū. Ut in eo verificet̄ illud. Ioh. xxj. Alius cinget te. ⁊ ducet te quo tu nō vis. Iō homo ſumma diligentia deberet ſe a peccatī p̄cauere. ⁊ nō tam cito cadere in pctā. Habet eni ptātem cadendi ſed minime reſurgendi. Sed diceres. tn̄ audiui in euangelio Lu. xv. ꝙ gaudiū ē angelis ſuꝑ vno pctōre pniaꝫ agente magis q̄ꝫ ſuꝑ nonagintanouē iuſtis. qui nō indigēt pnia. ergo innocēs peccabo ⁊ penitebo. faciā gaudiū angelis de mea ꝯuerſione. Rn̄det̄ ꝙ nō ſcis o peccatoꝛ ſi cum tali fatuo ꝓpoſito pecces. an det̄ tibi gr̄a reſurgendi. Qꝛ dicit per prophetam Oſeam dn̄s Perditio tua iſrael ex te. ex me tm̄ auxilium tuum. Oſee. xiij. Iō cōſulit Ioh. cuilibet innocenti. Tene qō habes ne accipiat alter coronā tuā. Et apoſtolus. j. ad Coꝝ. x. Qui ſe eſtimat ſtare videat ne cadat. q. d. Quia neſcit an ſibi deus auxiliū cōferat vt reſurgat.

¶ Scdō indiget cōſcientie illuminatione. et innuit̄ cuꝫ dꝛ. Et lumen refulſit in habitaculo carceris. Naturaliter eni hoc ſcim⁹. ꝙ in domib⁹ aut alijs habitaculis multi volāt athomi. qui tn̄ ab oculis intuentiū mie poſſunt videri vel intueri. ſed ſi lumen ſolis ſplēduerit ⁊ habitaculū illuminauerit. tunc tales pulneres vndiq̄ꝫ apparent ⁊ vident̄. Hic ꝑ habitaculum carceris intelligit̄ conſcientia peccatoꝛis que ē occupata tenebꝛis cecitatis Iō peccata in ea latentia peccatoꝛ nō cognoſcit. dicēs cum Iob. xvij. Non peccaui. cum tamē multitudinē habet peccatoꝛuꝫ. vt dicere poſſet cū pſ̄. xxxvij. Iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meū. Sꝫ tn̄ obūbꝛata ꝯſcia nō perpendit. Si aūt ꝯſcia gr̄a dei illuſtrat̄. tunc pctā cognoſcunt̄. ⁊ ꝑiculoſus ſtat⁹ peccati Iō petiuit. pſ̄. xij. dicēs. dn̄e de⁹ me⁹ illumina oculos meos. i. coꝛdis interioꝛa ne vnq̄ꝫ obdoꝛmiā in moꝛte.

¶ Tertio indiget pctōꝛ interdū hyeme hoc ē coꝛpoꝛali ꝑcuſſione. Nam ſ͞m Arc. x. Ethi Opꝫtet bonos ꝓuocari ad v̓tutes ꝑ p̄mia. malos aūt per penas inſanabiles totalit̄ exterminare. qꝛ plus obediunt coactioni q̄ꝫ ſermoni. ⁊ h̄ on̄dit̄ hic cū dic̄. Percuſſo latere petri. ꝑ qō inuit̄ plāctus interioꝛ. aut tribulatio aut ꝑcuſſio exterioꝛ q̄ multociēs faciūt cognoſcere pctōꝛē pctā ⁊ deflere illa. ſ͞m ꝙ dic̄ amād⁹ doctoꝛ i hoꝛalo. ſap̄. j. lib. c. xiij. Tribulatio rubiginē aufert pctōꝝ incremēta p̄ſtat v̓tutum. Ipſa eſt potio ſanatiua herba ſalutifera ſuꝑ oēs herbas ꝑadiſi. aia ſignat̄ tributatiōe. ſic̄ lilia ⁊ roſe. fecūdant̄ celeſti roꝛe. Ipa ē donū dei electū v̓ga amoꝛoſa plaga paterna ipa volūtarios inuitat. ⁊ rebelles ad ſe trahit. Et ſb̄dit Oq̄ꝫ multi i limo peccatoꝝ ꝓfūdiſſimo obdoꝛmierūt ⁊ moꝛte ſpūali ꝑierūt. Quos infelix abſoꝛbuerat iniq̄tas aduenietē gr̄a dine coꝛrectiōis velut de ſomno graui ac moꝛtī ꝑerio excitati vitā in meli⁹ ꝯmutāt ⁊ oꝑa tenebꝛaꝝ abijciētes arma lucī ſūt induti. hec ille. Et h̄ fuit figuratū in manaſſe. de q̄ legit̄. iiij. Reg. xxj. Q̄ regnauit. lv. annis in hierł̄m. ⁊ fecit mala in ꝯſpectu dn̄i. Erexit eni idola ⁊ adorauit oēm militiā celi. ſ. ſolē lunā ⁊ planetas ⁊ occidit ſanguinē innoxiū ꝓphetaꝝ. donec hierł̄ꝫ ſāguie iplerent̄ vſq̄ꝫ ad os. ſ͞m glo. quātū potuit facere. ⁊ tn̄ peccatū ſuū cognouit. Idcirco habet̄. ij. Paral̄. xxxiij. Tribulationē ⁊ ꝑcuſſionē induxit ſuꝑ eū dn̄s. ſ. exercitum regis aſſyrioꝝ qui ceperūt eū ⁊ vinctuꝫ cathenis atq̄ꝫ pedib⁹ duxerūt in babylonē ⁊ tunc in carcere cog̊uit pctā ſua ⁊ egit pniam valde corā dn̄o dicēs. Peccaui ſuꝑ numerū arene maris. ⁊c̄.

¶ Quarto peccatoꝛ indiget excitatione. ⁊ hoc tāgit̄ cū dꝛ. Excitauit eū dicēs. Surge velocit̄. Peccatū eni hꝫ ſe ſic̄ ſomnus. Qꝛ ſ͞m Arc. li. de ſomno ⁊ vigilia. Somnus ē ligamētū oim̄ ſenſuum. ligāt̄ eni oculi ne videant. aures ne audiāt. ⁊c̄. ſic hō in ſomno peccati proſternitur ad amoꝛeꝫ terrenaꝝ. Et oculi claudunt̄ ad intuitionem celeſtiū. ſ͞m illud pſ̄. lxxiij. Obſcurant̄ oculi eoꝝ ne videāt. ſ. celeſtia. Aures obturant̄ ab audiētia p̄ceptoꝝ dinoꝝ dicente pſ̄. lvij. Sic̄ aſpidis ſurde obturātī aures ſuas. Manus ligāt̄ ne bn̄ operent̄. vł̄ ne ad elemoſynā extēdāt̄. Lingua ligat̄ ne ꝯfiteat̄. Iux̄ illud Ezech. iiij. Lingua tua adheſit palato tuo.

v. Uos eſtis lux mūdi q̄bus annectit̄ q̄ntus ꝯfeſſoꝛ beatus Martin⁹ qui inter alios con feſſoꝛes ſicut canit̄ vt roſa fulget ꝛ velut pul chꝛū firmamentū ab alijs ī merito ꝛ ſanctita te eſt diſtinct⁹. Ipē eni nō fuit grauis ꝑ pec cati grauitatē. qꝛ a puericia nitebat̄ ſe a pec catis expurgare ꝛ deo ſtuduit in vera inocē tia famulari. ita vt dicē pōt illud Job. xxxiij. Mundus ſū ego ꝛ abſq̧ delicto īmaculatuſ ꝛ iniquitas nō eſt in me. ¶ Sʒ heu nos in quā ſumus grauati multis peccatꝭ. ita vt di cere poſſum⁹ cū ps̄. Qm̄ iniq̄tates mee ſup greſſe ſunt caput meū. ꝛ ſicˀ on⁹ graue ḡuate ſunt ſup me. Sʒ tn̄ hoꝝ grauitatē nō ſentim⁹ quare hoc: certe propt̄ cōſuetudinē. qꝛ dicit Iſi. in li. ſen. Quis ſit graue peccatū dum in conſuetudinē venit leue eſtimat̄ ꝛ ſine vllo metu cōmittitur. Et ſubdit. Peccatum com mittere cadere ē in puteum. conſuetudinē ve ro peccandi facere eſt os putei coanguſtare ne eis qui cecidit exire poſſit. neq̄ſſimū ē pec care. peius vero cōſuetudinē peccandi face re. ad illud facile ab illo cum laboꝛe ſurgitur Hec ille. Qꝛ peccatum ex grauitate ſemper depꝛimit ꝛ hominē ſurgere citius nō ꝑmittit Iō beatus dauid in ꝑſona cuiuſlibet pecca toꝛis oꝛat. Nō inq̄t obſoꝛbeat me pꝛofundū neq̧ vꝛgeat ſup me pute⁹ os ſuū. qđ exponit beatus Aug⁹. vt habet̄ de penitē. di. j. c. pu teus. Puteus ē ꝓfunditas hūane iniq̄tatis in quā ſi cecideris nō claudet ſup te os ſuuʒ ſi tu nō claudis os tuū. Confitere ergo ꝛ dic cum ps̄. De pꝛofundis clamaui ad te dn̄e ꝛc̄. Et euades. Eodē mō euaſit Manaſſes đ ꝓ fundo cum dixit. Peccaui ſup numerꝝ are ne maris. ꝛc̄. Paral̄. xxxiij. Statim eni etiaʒ in decimo anno ad eccl̄iam inuitis parenti bus iuit ꝛ cathecuminū ſe fieri ꝑmiſit. ipē q̄ dē eſt tanq̄ȝ nobile firmamentū qđ nō recipit in ſe peregrinas impꝛeſſiones. ſ. peccatoꝛes. ꝛ pōt illud dicere Sap̄. viij. Puer eram ige nioſus ꝛ ſoꝛtitus ſum aīam bonā. Neq̧ ipſe fuit leuis ad mūdi vanitates. ſ. ad riſus ꝛ ad ceteros iocos. ſicut de ip̄o canitur. Grauis erat in moꝛibus ꝛ intenta mente celo ſuſpen ſus qꝛ ſciebat illud ſapientie. Riſus doloꝛe miſcebitur ꝛ extrema gaudij luctus occupat Pꝛou̇. xiiij. Etiam legitur ꝙ quidā vir fuit ī purgatoꝛio patricij in quo recepit vulnera ꝛ plagas. rediens ergo de illo in maxima fuit ſemper penitentia. iſte quando videbat ali quē iuuenē imoderate ridentē vel leuiter ſe habentem exclamauit vehemēter dicēs. O ſi ſcires q̄ȝ acerba pena datur leuitatib⁹ iſtis tu foꝛtaſſe moꝛes tuos coꝛrigeres ꝛ in meli⁹ mutares. Tamē ſm̄ doctrinā nō omnes leui tates riſuū ꝛ iocoꝝ ſunt culpabiles ſi ſcʒ ī bo num finē oꝛdinant̄. Quia dicit Egidius ro manus in libꝛo de regi. pꝛincipum ꝑte de vir tutibus ad mundum ſn. iij. Credunt aliq̄ om nia verba vel facta deſeruientia iocis vel ri ſus eē ocioſa. nō tamen ſic ſe habet. qꝛ ocioſū eſt qđ caret debito fine. Qđ ergo de ſe eſt oꝛ dinabile in debitū finem nō eſt culpabile vel ocioſum. Iocus enim ꝛ riſus eſt licitus ſi mo deratus ꝛ honeſtus in bonum finē q̧ hʒ oꝛdi nari. qꝛ dicit Are. iiij. Ethi. Ludus ꝛ req̄es ſunt neceſſaria in vita humana. ꝛ ſic etiā pie creditur ꝙ Martinus fuit grauis ī ſuis mo ribus interdū leuis oꝛdinate tamē cum ſuis fratribus. Iuxta illud dictū ſapientꝭ Catho Interpone tuis interdum gaudia curis. Re uera ipſe ſicut ſtabile firmamentū decoꝛatuſ fuit innumeris virtutibus quaſi celū ſideri bus que quidē impoſſibile eēt ab homine nu merari. hoꝝ tn̄ aliqua ſanctus Ambꝛoſi⁹ in libꝛo pꝛefa. numerat. Sanctus inquit Mar tinus. Pꝛophani erroꝛis tēpla deſtruxit. ve xilla pietatꝭ erexit moꝛtuos ſuſcitauit. ab ob ſeſſis coꝛpoꝛib⁹ demonia ſeua expulit. ac ali os laboꝛantes languoꝛib⁹ virtutis remedio liberauit qui ita perfectus inuentus fuit. vt chꝛiſtum texit in paupere per veſtem quam egenus acceperat. Hec ille Et ſicut firmamē tum habet ſeptē oꝛnamenta planetarum. ita Martinus oꝛnatus erat ſeptē donis ſpirit⁹ ſancti. ¶ Pꝛimus ergo planeta eſt ſaturn⁹. hic vt dicunt aſtronimi eſt ponderoſus in colo re pallidus. ꝛ habet qualitates moꝛtiferas ꝛ ideo fetus ſub ipſius dominio ſuſceptus vel moꝛitur vel peſſimas q̄litates cōſequit̄. ꝛ vt ait Ptholome⁹ in libꝛo de iudicijs aſtroꝛum facit hominē grauem ꝛ triſtē raro hilareʒ vl̄ ridentē. Per hunc planetaʒ intelligit̄ timoꝛ dei quē habuit beatus Martinus qđ patet ex eo qꝛ fuit ponderoſus quando pōderauit omnia verba ſua loquendo. ſm̄ illud ſapiē. Eccī. xxxij. Adoleſcens loquere in tua cau ſa vix ſi bis interrogatus fueris habeat ca put tuum reſponſum ſuum. Sic fecit ipſe fa cie pallidus. quia ſemper cogitauit extremū diem iudicij. ꝛ potuit dicere cum glorioſo do ctoꝛe Hieronymo. Siue comedam ſiue bibā ſemper ſonat in auribus meis hec vox. Sur gite moꝛtui venite ad iudicium. Et tal̄ vtiq̧ cogitatio fecit ipſum in coꝛpoꝛe indiſpoſituʒ ſed in mente letum ꝛ iocundum. ſm̄ illđ Eccī j. Timoꝛ domini delectabit coꝛ ꝛ dabit gau dium ꝛ leticiam in longitudine dieruʒ. Iſte timoꝛ ipſius intantū durat⁹ eſt ꝙ oēs ꝯcept⁹

Martinus oꝛnatus erat ſeptē donis ſpūs

peccatorum ſtatim mortificauit ⁊ ſtati i mo-ribus ipm graue fecit vt dictū ē.ꝙ autem ti/mor dn̄i ipſius dn̄atus ē pȝ.q2 om̄s creature ipm timuerunt.Dicit eni quidā phs timenti deū oia obediunt. Refert Greg⁹.iiij.dialo. vbi ſupplet illa q̄ omiſit in legenda ꝙ ignis ⁊ aqua ipm timuerūt.Cū eni dom⁹ ꝓxima eēt incenſa beatus Martinus tectū aſcendit et obuium ſe flammis aduenientibus inſeruit mox cōtrario vento flammam retorquet.vt cōflictus quidam inter ſe elementorum vide ref. Refert ſimiliter cū naui periclitaref qui dam negociator necdū chriſtianus exclama uit.Deus Martini eripe nos. ſtatim tran-quillitas magna ſucceſſit. Ac quoqȝ ſibi ani malia obediebant. Cūqȝ eni canes lepuſculū inſequeref impauit canibus vt animal inſe qui deſiſterēt.mox illi ſteterunt. Serpēs dū quoddā flumen ꝑtranſiuit ait Martin⁹. In nomine dn̄i te iubeo redire.mox ſe ad vbum dei retorſit ⁊ ripam illam tranſmeauit. Ido ingemens Martinus ait. Serpentes me au diunt ⁊ me hoīes nolunt audire Recitat idē cū canis quendā ex diſcipulis Martini ob-latraret ille ad eum cōuerſus ait. In nomine Martini iubeo te obmuteſcere.canis conti nuo obmutuit ac ſi linguā haberet abſciſam Quare illa animalia timuerunt eū.quia ipſe timuit deū.Similiter ignis ⁊ aqua ſibi obe/diebant.cauſa fuit.q2 ipſe timebat ſuū crea-torē.ita nos xp̄iani exēplo.b. Martini do-minū filialit̄ timeam⁹ ex p̄cepto ſapientis q̄ ait.Time dn̄m fili mi. Prouē.xxiij. Et ſic vti qȝ verba noſtra ⁊ actus noſtri mali poſſunt derelinqui ⁊ peccata mortifera ſi ea mediāte timore expellamus.q2 dicitur Ecci.j. Timor dn̄i expellit peccatū. Nam qui ſine timore ē nō poterit iuſtificari. ¶ Secundus plane-ta qui exornat firmamentū eſt iupiter qui ē pius colore argenteus candidus clarus ⁊ fe tus ſub eo cōceptus viuus manet ⁊ fit letus ⁊ pulcher ⁊ iocoſus ſm Ptholomeū i libro de iudicijs aſtroꝝ. Iſte planeta ſignificat pi etatem qua armatus fuit beatus Martin⁹ quaſi ſpirituale pulchrumqȝ firmamentum. Refert Seuerus in p̄dicto dial'.ꝙ Marti-nus in quadā feſtiuitate tendēs ad eccleſiaȝ pauper nudus quidam eum ſecutus ē. Ipſe autē archidi.precepit vt egentē veſtiret.cuȝ autē ille facere diſtuliſſet ingreſſus.b. Mar tinus ſecretariū tunicā ſuam illi tribuit ⁊ cō-tinuo abſcedere iuſſit.Cum eum archidiaco nus moneret vt ad diuina procederet. Ille de ſe loquēs rn̄dit ſe ire nō poſſe donec pau-per veſtē accipiat. Archidiacon⁹ vo non in-telligens.q2 cū extrinſecus cappa eſſet tect⁹ ipm nudū interi⁹ nō vidit pauperez adeſſe ñ cenſef. At ille inquit veſtis deferaf ⁊ paup nō deerit veſtiendus.cōpulſus ille ad foruȝ vadit ⁊ quinqȝ argenteis tunicā vilem ⁊ cur tam emit ⁊ ante pedes Martini iratus ꝓie cit quā ille ſecrete induit cuius manice vſqȝ ad cubitū ⁊ lōgitudo vſqȝ ad genua procede bant ⁊ ſic miſſam celebraturus ꝓceſſit.q2 fu it tante pietatis.iō oia ſua opa deo placuerīt ⁊ corā eo viua fuerūt qđ oñdit in hoc.q2 glo bum igneū miſit ſup caput ei⁹ dū diuina cele braret qui a multis viſus fuit. Iſta etiā pietaſ fecit ipm candidū ⁊ clarū.q2 refert ipe iohā-nes beleth cū in predicta miſſa vt moris eſt manus ad deū eleuaret linicis manicis retro labentibus cum nec brachia ei⁹ eſſent groſſa nec multū carnoſa ⁊ tunica niſi ad cubitū tē-deref eadē brachia nuda manſerūt. Tūc mi raculoſe torques aurei ⁊ gēmati deferuntur ab angelis ⁊ brachia decēter exornanf. Etiā eius pietas claret ex h̄ ꝙ adhuc miles ſecula ris exiſtens clamidem diuiſit ⁊ nudum pau-perē texit.de qua pietate dicit. b. Ambroſi⁹ li.prefa. O felix largitas quā diuinitas opa tur. O glioſa diuiſio clamidis q̄ militem tex-it ⁊ regem. O inopinabile donum qđ veſtire meruit diuinitatē. Hec ille. Hac igif virtute ſil'r ornari ſtudeamus vt deo oia opa nr̄a placeant.q2 dicit Seneca in li.de cle. veram pietatem inquire qua nō ſolū homini ſȝ oiuȝ placere poteris creatori. Tertius planeta de cora̅ns firmamentū dicif mars qui diſponit ad audaciā ⁊ ad fortitudinē.iō dr̄ deus belli ⁊ ē colore fulgid⁹. Ille planeta ſignificat ter tium donū ſp̄uſſancti quo fulcit⁹ fuit beatus Martinus velut clarum firmamentū qđ dr̄ fortitudo.⁊ hec fecit ipſū tam audaceȝ ꝙ irā Ualentinionū nō timuit imꝑatoris. Refert Seuerus in li.dialo.ꝙ martinus ualentinio nium adijt quodam tempore pro quadā ne-ceſſitate exorandū.ſed ille ſciens eū velle pe-tere qđ ipe nolebat dare fores palatij claudi fecit ac martinus ſemel ſȝ iteruȝ paſſus repul ſam cilicio obuolutus ⁊ cinere conſparſus ꝑ vnam hebdomadā in cibi ⁊ potus abſtinen-tia tunc monente angelo ad palatium venit intrepidus ⁊ nullo ſibi prohibente ad impa-torem vſqȝ deuenit.quem cum vidiſſet irat⁹ eſt.quia fuiſſet admiſſus ei aſſurgere noluit donec ſellam regiam ignis operiret ⁊ ipſum in poſteriori ſuccenderet tunc factus iratus aſſurgens virtutē diuine offenſe ꝯfeſſus eſt multūqȝ ipſū amplectendo ſibi omnia añqȝ rogaret cōceſſit. Iſta virtute debem⁹ artare

mentes nr̃as. qꝛ dicit Seneca de q̃ttuoꝛ vir-
tutibus cardinalibus. Foꝛtitudo ſi inſit aio
tuo oia vinces cũ magna fiducia liber ītrepi
dus ꝛ alacer ſi magnanimus ſiue foꝛtis fue-
ris nunq̃ꝫ vindicabis tibi contumeliã illataꝫ
de inimico. Nã nihil nocuit quãq̃ꝫ nocendi
animũ habuerit. ¶ Quartus planeta qui
firmamentũ decoꝛat ē mercurius iſte ſemper
iuxta ſolē gradiť nunq̃ꝫ plus diſtans q̃ꝫ per
tringta gradus. aliquando eni ante ſolis oꝛ-
tũ aliquãdo poſt ſplendet. ꝛ ſc̄m Ptolomeũ
in libꝛo de iudicijs aſtroꝛum. dat eſſe ſtudio-
ſos ꝛ ſcientie numeroꝝ amatoꝛes. Per hũc
planetam deſignatur quartũ donũ ſpũſſan-
cti. ſ. ſcientia qua decenter fuit beatus marti
nus exoꝛnatus. ſicut longe ante p̄dixit pꝛo/
pheta Malach. Labia inquit ſaceꝛdotis cu
ſtodiant ſcientiam ꝛ legem viuendi ex oꝛe ei⁹
requirant. Malach. ij. Ipſe eni ſemp ꝑ ſuã
ſciam iuxta chꝛiſtum gradiebať nõ declinãs
in ſcientias erroneas. iõ de ipſo dicit domin⁹
Malach. ij. Lex veritatis fuit in oꝛe ei⁹ ꝛ in
iquitas nõ eſt inuenta in labijs ſuis ꝛ in pace
ꝛ equitate ambulauit mecũ ꝛ auertit multoſ
ab iniquitate. ſubaudi ꝑ ſuã ſanctã ſalutife/
rãq̃ꝫ vitã ꝑ quã i p̃nti ſeculo luxit añ moꝛtem
vt dicere poſſit illud Ioh. viij. Ego ſum lux
mũdi. Siĺiter p⁹ moꝛtē luxit i gloꝛificato coꝛ-
poꝛe pꝛopter ſuas ſcias. ſc̄m illud Dañ. xij.
Qui docti fuerint fulgebunt q̃ſi ſplēdoꝛ fir-
mamēti. Et qui ad iuſticiã erudiũt multos i
perpetuas eternitates. Iõ refert Seuer⁹ in
quadã epiſtola. ꝙ poſt matutinas cuꝫ ipſe le
uiter obdoꝛmiuiſſet vidit ſanctũ Martinũ
albis veſtibus vultu igneo ſcintillantib⁹ ocu
lis crine purpureo tenentē libꝝ i dextra ma-
nu. ¶ Quintus planeta q̄ exoꝛnat celeſte
firmamentũ ē venus ꝛ alio noie dꝛ ſtella ma-
tutina. qꝛ ſc̄m Bedã de mane p̄cedit ſolem ꝛ
ſic diciť lucifer. ꝛ de nocte ſequiť. ꝛ ſic diciť
veſper⁹. hec ſtella ſeu planeta inť nebulas ñ
ꝑdit lumē ſuũ ſed lucet. ꝛ h̄ dꝛ in v̄bis thema
tis. Quaſi ſtella matutina i medio nebule ꝛ c̄
ſcꝫ lucet. Per hunc planetam ſignificať qui
tũ donũ ſpũſſancti. ſ. cõſiliũ quo oꝛnať⁹ fuit
beatus martinus hoc nobile firmamentuꝫ in
ſtatu militari. qꝛ decet milites eē bonos con-
ſiliarios. Nã dicit beatus Amb. in ep̄la. Cõ
ſilioꝝ vſus maxime ɔſiliat hoiem. ꝛ qꝛ mili-
tes ſunt in curijs dominoꝝ terrenoꝝ in q̄buſ
debet eſſe pax ꝛ cõcoꝛdia ſi ſalua cõſiſtere de
bent eoꝝ regna. iõ neceſſe ē vt milites ſint bo
ni cõſiliarij vt per ſua cõſilia ɔſilient dñis. ꝛ
ſic legiť ꝙ rex Alexander voluit in ſua curia
habere ſenes milites in quib⁹ vigent cõſilia
illud habeť ſupꝛa ſermone. ij. de omnib⁹ ſcĩs
Idem refert Seuerus. Iulianus impatoꝛ
voluit habere beatũ martinũ in quo viguit
bonũ cõſilium in ſua militia per quē ꝛ ipſe cũ
hoſtibus ſuis barbaricis ē ſine effuſione ſan
guinis cõcoꝛdatus. iõ de ipſo pōt exponi illō
pſ. poſuit fines tuos pacē. Quia hoſtes ad
Iulianũ venerũt ꝛ ſe ſuaq̃ꝫ poteſtati ſue de-
derunt. ita vt finib⁹ eoꝝ pax fieret. Sic face
re deberēt alij domini ſeculares ſi eēnt pacis
ꝛ cõcoꝛdie amatoꝛes. vt videlicet ſibi elige/
rent bonos cõſiliatoꝛes ꝛ eoꝝ conſilia ſeque
renť ꝛ nõ pꝛopꝛiã voluntatē. ſc̄m ꝙ docꝫ Sa
lomon pb̃s. Cũ q̄d inq̄t volueris nõ ſequari
voluntatē ſed queras cõſiliũ per qō ſcias ve
ritatē. ꝛ illud quidē dꝫ p̄cedere in oībus ar/
duis rebus. Recte ſic venus p̄cedit ſolem ſic
conſilium voluntatē. Ideo dicit ſapiēs. Añ
te oēm actũ tuuꝫ p̄cedat ɔſiliũ ſtabile. Eccĩ.
xxxvij. ꝛ debet pꝛecedere mane. qꝛ dicit So
crates in ſententijs ſuis. Oꝛiente ſole ɔſiliuꝫ
ſed occidente ɔuiuiũ. ¶ Sextus planeta
qui fulſit firmamētũ ē luna q̄ cum clare ſplen
det in firmamēto hoſtes manifeſtat ꝛ cũ ha-
buerit dominiũ ſuper hominē reddit ipſum
caſtum. Iſte planeta ſignificat ſextũ donum
ſpirituſſancti qō diciť intellectus ꝛ eſt lumē
qō de⁹ aie infundit. vt hr̃. ij. rhetori. Illo fu
it beatus martin⁹ oꝛnať⁹ in ſtatu monachali
ꝛ qꝛ ille in firmamento mentiſ ſue claruit per
ipſum inſidias hoſtis antiqui cognouit. Di-
cit eni ſeuerus ſuus diſcipulus ꝙ multe ſub/
tilitatis fuit erga demones cognoſcēdos. nã
interdũ demon ſe i iouis ꝑſonã plerũq̃ꝫ mer-
curij aliquãdo veneris tranſfigurauit ꝛ ſe e⁹
vultibus obtulit quos ille oēs ſuis nomini/
bus increpabat. Sed ꝑ quid h̄ ſciuit: certe ꝑ
donũ intellect⁹ quo tãq̃ꝫ plena luna i ſua mē-
te lucebat. vnde demonis verſutias noſcere
poterat. Recitat p̄dictus diſcipulus ꝙ q̄dã
vice diabolus in foꝛma regis purpura indu
tus ꝛ diademate ꝛ caligis aureis oꝛnatus ſe-
reno oꝛe letaq̃ꝫ facie ſibi apparuit. cuꝫ ambo
diu tacuiſſent. Agnoſce inq̄t diabol⁹ Mar/
tine quē colis chꝛiſtus ego ſũ qui de celo de-
ſcendi ꝛ me tibi manifeſtare volui. Cum ad-
huc beat⁹ Martin⁹ admirãs taceret rurſus
ait. Martine cur credere dubitas cũ me vi-
deas chꝛiſtus ego ſum. Tũc ille a ſpũſancto
doctus qui aperuit ſibi intellectũ ait Dñs ie
ſus chꝛiſtus nõ ſe purpuratum aut diadema
te coꝛonatum venturum eſſe pꝛedixit niſi ip-
ſum in eo habitu ꝛ foꝛma qua paſſus eſt niſi
crucis ſtigmata pꝛeferentem veniſſe videro
nõ credã. Ad hãc vocē diabolus diſparuit ꝛ

totā cellā fetore repleuit. Iſtud ſimilit̄ ſpiritusſancti donū intellectus tenuit ipſuꝫ caſtū in corpore ⁊ anima. ⁊ hoc teſtat̄ Amb. in li. prefa. Quid erit pro oblatione integri corporis recepturus. qui pro quantitate veſtis ex igne deū veſtire meruit. ⁊ videre iſtud donū ſpūſſancti intellectus multū vtile eſt religioſis vt intelligant inſidias diaboli qui quidē eo plus ceteris infeſtant. Ideo orant cū pſ. Intellectum da mihi ⁊ viuam. Similiter vt ſint caſti. qꝛ vt habet̄ extra ď ſtatu monachorum. c. cum ad monaſterium. Caſtitas adeo annexa eſt regule monachoꝝ ꝙ neqꝫ ſūmus pontifex cū his poterit diſpenſare. Quātuꝫ

¶ ad ſeptimum qđ ornat firmamentum ē ſol ꝑ quē ſignificatur ſapientia qua erat ornatus beatus martinus quo ad ſtatum epiſcopalē Sapientia enim requiritur maxime ad illi⁹ ſtatus dignitatem. Iō dicit Apl̄s. j. ad Timoth. iij. Oportet epiſcopū eē ornatū ⁊c. et taliter beatus Martinus fuit decoratus qꝛ fuit prudens vt canitur de eo i hymno. Qui pius prudens humilis ſobrius caſt⁹ ⁊ quietus vita dum preſens. ⁊c.

¶ De ſancto Martino ſermo ſecūd⁹

Dilectus deo et hominibus cui⁹ memoria in benedictione eſt. ſilem fec̄ illū dn̄s i gloria ſanctoꝝ. ita ſcribit̄ Ecc̄i. xlv. Conſtantinus in tractatu de natura liquidoꝝ. Omnis inquit fons maior atqꝫ diffuſior eſt noctis in tpe q̄ꝫ in die. ⁊ hec cauſa eſt. qꝛ dicit Simplitius in ſumma naturaliū entium. Nox ē frigida ⁊ humida ⁊ notum eſt ꝙ omnis aqua i tpe humido magis q̄ꝫ ſicco augmentat̄. Dies aūt ꝓpter calorem ſolis aq̄s fontiū exterminat ⁊ exiccat nox augmentat. Myſtice ꝑ fontem hic beatus martinus deſignatur Recte enim ſicut fons aquas ſuas cōtinue renouat ⁊ limoſitates cuꝫ ſcaturit vt ſe expurgat ⁊ ſimiliter renouationis beneficium animalibus vt ceruis ⁊ aquilis ſe immergentib⁹ adminiſtrat. vt dicit gloſa ſup pſ. Queadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquaꝝ. ita beatus martinus vitam ſuā in iuuētute continue renouauit. Quia dicit Seuerus in legenda. Statim ab infantia ſpiritusſanctus ſibi datus fuit vt in decimo anno idola relinqueret ad eccl'iam cōfugerat ⁊ ſe benedici ad baptiſmum permiſit. veniente autē decimooctauo anno ſe ꝑmiſit baptiçari ⁊ ſic omnes limoſitates peccatorum de ſe purgauit. Teſte beato Auguſtino in enchi. ⁊ allegatur a magiſtro i. iiij. di. iiij. A paruulo inq̄t recent̄ nato vſqꝫ ad decrepitam ſenectutē ſic nullus prohibet̄ a baptiſmo ita nullus ē qui nō peccato moriat̄ in baptiſmo. ſed ꝑuuli tm̄ originali. Maiores vero omnibus que male viuendo addiderunt. hec ille. Sꝫ qꝛ beat⁹ martinus qn̄ baptiſmū ſuſcepit iam adoleſcens fuit ⁊ fortaſſis aliqua peccata ↄtraxit cū nullus pōt dicere. Mundū eſt cor meū ⁊ purus ſum a peccato Prou. xx. Iō ſe ꝑ baptiſmuꝫ renouauit vt quaſi nou⁹ hō eēt ⁊ ſe nō ſolum innouauit ſed etiā renouationis bn̄ficiū condonauit. Qꝛ refert Seuerus ꝙ ꝑ ſalubrem aquā ſue ꝑ̄dicationis latronē cōuertit ⁊ matrem ſuā ab errore idoloꝝ reduxit. Hic enim limpidiſſimus fons beatus martinus animo clarus fuit. qꝛ nemo vnq̄ꝫ vidit ipm iratū nemo ridentē. ⁊ fuit in nocte aduerſitatis maioris patientie cum multa paſſus eēt aduerſa a diabolo qui ad eū dixit. Quocūqꝫ ieris tibi aduerſabor. Ipſe patienter ſuſtulit. Tum a malo proximo ſicut ab hereticis arrianis q̄ ipm de ciuitate expulerūt. Tū etiā a corpore proprio ita vt nullus vidit ipm vnq̄ꝫ ridētē iō in eo maior ⁊ diffuſior fuit aq̄ graꝝ ⁊ amoris q̄ꝫ in alijs hominibus vniuerſis. qꝛ nūq̄ꝫ in illius ore niſi chriſtus auditus ē. ſm ꝙ canit̄. Eius ori nunq̄ꝫ xp̄us defuit ſiue iuſticia vel q̄cquid ad verā vitā ꝑtinet. Nunq̄ꝫ in illius corde niſi pax niſi pietas niſi miſericordia inerat. vt ſcribit Seuerus. ⁊ ob hoc fuit deo ⁊ hominib⁹ (vt aiunt verba ꝑ̄ſumpta). dilectus. In quibus a duob⁹ cōmendatur. Primo a cōmuni dilectione. ibi. dilect⁹ deo ⁊ hominibus cuius memo. Secūdo a ſeculi adeptione. ibi. ſimilē fecit illū in gloria.

¶ A De primo eſt notandum ꝑ̄ncipes mūdi conſueuerunt milites ſuos bonos diligere ⁊ eis bn̄facere ſm illud Ecc̄i. xxxiij. Si tibi ſit ſeruus fidelis ſit tibi quaſi anima tua. glo. ipſū corde diligendo ⁊ quaſi fratrē. ſic tracta euꝫ ⁊ nō ſolū principes ſed ⁊ principiſſe ⁊ tota familia ipos amant. Figura huius legit̄ Geñ xxxix. Phutifar ꝑ̄nceps exercitus Pharaonis emit Ioſeph de manu hiſmahelitaꝝ q̄ inquā erat vir in cūctis proſper ⁊ habitabat in domo domini ſui que optime nouit dominum eſſe cum eo. ⁊ ſequitur. Ioſeph inuenit grām coram domino ſuo a quo prepoſit⁹ oībus gubernabat. qꝛ omnia credita ei fuerūt ⁊ ſequitur ꝙ domina videns ꝙ Ioſeph eſſꝫ pulcher facie ⁊ decor⁹ aſpectu iniecit oculos in eū ⁊ ipm tm̄ adamauit ꝙ eum ad ſuuꝫ amplexum inuitauit dicēs. Dormi mecū. Myſtice cōſuetudo talis ē etiā in curia dei qꝛ ꝓpheta Eſa. ix. Princeps pacis ⁊ ꝑ̄nceps an-

geloꝝ.hic eſt igit̃ Joſeph ꝗ interꝑtat̃ accre=
ſcens. ꝛ ſignificat beatũ martinũ qui inquaꝫ
quottidie accreuit i virtutibꝰ. Nã de virtuo
ſo milite factus ē virtuoſus monachꝰ ꝛ tãdē
in virtuoſũ creuit epm̄.ita vt dicere potuit il
lud Job.xix. Cunctis diebꝰ quibꝰ nũc mili=
to expectatio mea.ſ.de bono in meliꝰ. Ipſe
nãqꝫ fuit vir ſapiens in cunctis ꝓſpere agēs
ſicut legit̃ in dialo. Seueri galli. ꝙ quodã tē
poꝛe ad palatium Ualētiniani adijt impato
ris ꝓ quadam neceſſitate. ꝛ q̄uis ſemel et ſe
cundo paſſus ē repulſam.tñ ad ipm̄ ꝑuenit ꝛ
oia ꝓſpere impetrauit.qꝛ multa munera vl=
tra hoc qđ ille petijt appoꝛtauit ꝗ ille ſumere
recuſauit. Ipe ꝗdem magnam grãꝫ inuenit
apud dñm ſuũ.ita vt đ ipo canit̃. Hic ē mar
tinus dei pontifex electus cui deus pꝰ apl̃os
tãtam grãꝫ ꝯtulit vt in ꝟtute trinitatis deifi/
ce mereretur fieri trium moꝛtuoꝛum ſuſcita=
toꝛ magnificus.de quibus vide in legenda.
Ipm̄ em̄ tota trinitas ſancta dilexit ꝗſi bonũ
militem ꝛ fidelē. Pater dilexit euꝫ. eo ꝙ ſibi
tãtam ꝟtutem tribuit miraculoꝝ.ꝛ hec dile=
ctio apud prēm fuit ex mãdatoꝝ obſuatõe.
B ¶ Milites em̄ habēt tria mãdata preci/
pua. Primuꝫ eſt vt paupes eccl̃ias ꝛ reſpu=
blicas defendant. ꝛ hoc habetur in lege im=
periali.ff.de re militari. ꝛ i.ca.xxiij.q.v.mi=
les.vbi đꝛ illis qui milites fiũt committēdus
eſt gladius ſup eoꝝ iuramento vt viduas oꝛ
phanos ꝛ rempublicam defendant. Et dicit
Helmãdus . ꝙ talis olim conſuetudo fuit vt
eo die quo quis militari cingulo armabatur
eccleſiam ſolēniter adiuit.gladiũqꝫ ſup alta
re poſuit.ſeipſum obſequio altaris donauit
deoqꝫ iugem ſpopondit famulatuꝫ. Hoc mã
datum be. Martinus obſeruauit cum eſſet
miles.quia paupes ꝛ eccleſias defenſauit.ſi
cut ꝓbat Seuerus in legenda quando gens
barbarica contra romanã inſurgeret eccleſi=
am.ipe ꝑcibus ſuis velut alter Moyſes pu
gnauit hoſtes eccl̃ie ſubiugauit.đ hoc vide i
genda. Sed heu noſtri militares ob hec mã=
data exoꝛbitant pauperes impugnãt.eccleſi
as quas deberent defenſare ſpoliãt.iđ cõtin
git eis ſicut Antiocho regi impio. De quo le
gitur.j.Mach.vj.ꝗ in ſupbia venit in irl̃m
ꝛ templum dñi deꝑdabat̃. ꝛ ideo infirmꝰ ia=
cens in lecto ait. Reminiſcoꝛ maloꝛum ꝗ feci
in hieruſalem . quãdo abſtuli de eccleſia oia
ſpolia argentea ꝛ aurea que erant i ea ſine cã
Cognoui ergo quia venerunt ꝓpter me ma
la iſta ꝛ ecce pereo pꝛe triſticia. Secũdũ autē
mandatum eſt ꝙ pꝛopꝛijs ſtipendijs ſe ſuſtē
tent/ ꝛ hoc habetur Luce.iij. vbi ꝑcepit bea

tus Johannes baptiſta. Eſtote contēti ſtipē
dijs veſtris.neminem ꝯcutiatis neqꝫ calum=
niam faciatis.quod exponit beatus Augꝰ. ꝛ
habetur.xxiij.q.iij. Quid culpat̃. Concute=
re eſt aliquid petere vltra debitũ rõne officij
alicuius. Ille igitur cõcutit ꝗ per opp̄ſſiõeꝫ
ꝛ iniuriam extoꝛquet pecuniam. Exẽplo Ti
berij ceſaris.de quo refert Suetonius ꝙ fu=
it pius erga ſubditos. Nã quãdo ei ſuadeba
tur vt tributa augeret regionum. Sic reſpõ=
dit. Boni paſtoꝛis ꝛ pꝛincipis ē pecudes cu=
ſtodire ꝛ non deglutire. iſte bene cuſtodit h̃
mandatum. Nã voluit in veteribus tributiſ
contētari ꝛ non pauperes ſuos oppꝛimē vel
pꝛedare. Iſtud ſimiliter ſeruauit beatꝰ mar/
tinus.nam cum eēt miles vno tm̄ ſeruo ſtetit
contētus ne ex ml̃titudine ſeruoꝝ pauperes
ſuos oppꝛimere cogeret̃. Sed noſtri nũc mi
lites gaudēt longo famulantiũ comitatu. iđ
cum non poſſunt contētari pꝛopꝛijs cogētur
eſſe violenti raptoꝛes in alienis. Sed audite
vos impij raptoꝛes ꝗd dicit ſpũſſanctus per
Job.xxvij. Hec eſt pars impij apud deuꝫ.ſi
multiplicati fuerint filij eius in gladio erunt
id ē.occidũtur. ꝛ nepotes eius non ſaturabũ
tur pane.i.fame moꝛient̃. ꝛ qui reliꝗ fuerint
ſcꝫ alij amici ex eo ſepelient̃ in interitu.hoc ē
ſepultura aſini cuius cadauer dimittit̃ i cam
po conſumi. ꝛ vidue eoꝝ non ploꝛabũtur ſcꝫ
in funeris ſepultura. Tertiũ mandatum ē ꝙ
caſtitatem teneãt. ꝛ hoc ponit Ariſto.in li.đ
re.pꝛincipum dicēs ad Alexãdrum ꝙ debe/
at ſeruare caſtitatem dicens. Caſtitas vitam
ꝓlongat.ſanitatem ꝯſeruat.coꝛpus optime
qꝫ diſponit. Milites autē debent eſſe foꝛtes
ad reſiſtendũ inimicis. Sꝫ qꝛ luxuria effemi
nat. quod Alexander dixit in ſecretis ſecre=
toꝛum. Luxuria femineos facit moꝛes.iđ ne
ceſſe eſt ꝙ ſint caſti. ꝛ hoc mandatũ ſeruauit
beatus Martinus eo ꝙ virgo ꝑmãſit. ꝛ pt
de eo exponi illud Apoc.xiiij. Hic ē qui cuꝫ
mulieribus non ē coinquinatus. ꝟgo em̄ per
manſit. C ¶ Religioſi etiam habent tria
mãdata. Pꝛimũ eſt vt obedientiã habeant.
Secũdũ ꝙ ꝓꝑa contemnãt. Tertiũ vt votuꝫ
caſtitatis ſeruent.de quibus habet̃ extra de
ſtatu mona.c.cũ ad monaſteriũ. abdicatõ ꝓ
pꝛietatis ſicut ꝛ votum caſtitatis adeo anne
xa ſunt regule monachoꝝ ꝙ nec ſummꝰ pon
tifex poterit cum ipſis diſpnſare . quia dicit
ſanctꝰ Thomas ſecunda ſecũde.q.lxxxviij.
Caſtitas ē quoddam eſſentiale ſtatui religi=
onis.hec mandata ſeruauit beatus Marti
nus in ſtatu monachali. Fuit em̄ obediens.
quod teſtat̃ Seuerus in legenda. cũ ammo=

nitus eſſet a dño ꝑ ſopoꝛem vt viſitaret pa=
rentes ſuos mox volũtatẽ ſuã deſeruit et di=
uinã volũtatẽ fecit. ſm illḋ Mat. xxvj. Nõ
ſicut ego volo ſꝫ ſicut tu vis pr̃. Fuit contẽp
toꝛ terrenoꝝ. qꝛ in ſuo monaſterio tã paupeꝛ
fuit ꝙ de radicib⁹ herbaꝝ vixit. ⁊ potuit di=
cere cũ ſancto Bernardo. Quid nobis de di
uitijs que nec vere nec noſtre ſunt. Fuit ⁊ ca
ſtus vt ſupꝛa. ⁊ põt dicere illud Thobie. iij.
Mũdam ſeruaui aiam meã ab oĩ ↄcupiſcen
tia. B ¶ Epi etiã hñt tria mãdata. Pꝛi=
mum eſt ꝙ ſint hoſpitales ⁊ paupm recepto
reſ. ſm ꝙ ponit̃ i cañ. xvj. q. vij. qm̃. ibi dꝛ ꝙ
res coꝝ dñt eſſe cões ad ſuſtẽtatõnem ꝑegri
noꝝ. Scdm ꝙ ſint pꝛudẽtes. Tertiuꝫ ꝙ ſint
doctoꝛes. ⁊ hoc ꝓbat apl'us. j. Timothe. iij.
Opoꝛtet epm̃ eſſe hoſpitalẽ. pꝛudentẽ. ⁊ do=
ctoꝛem. Hec mãdata ſeruauit beatus Mar
tinus. Fuit em̃ hoſpitalis nulli paupi hoſpi
tium denegãdo. Ipe fuit alter Loth q̃ ſede/
bat in foꝛibuss domus ſue peregrinos expe
ctando. Gene. xix. Fuit ⁊ pꝛudens ſm ꝙ ca=
nit̃ de ipo. Qui pius pꝛudẽs hũilis pudic⁹
ſobꝛius caſt⁹ fuit ⁊ quietus. Pꝛudẽs in ſub
tili demonis cognitione. legit̃ in dialo. Seue
ri ⁊ galli. ꝙ quedaꝫ vacca a demone agitata
cũqꝫ vbiqꝫ ſeuiret ⁊ multos ↄfoderat ⁊ ver/
ſus Martinũ ⁊ ſocios ſuos in itinere furibũ
da concurreret. ille manu eleuata iubet eam
ſiſtere qua immobili ꝑmanente vidit demo=
nem doꝛſo eius inſiſtentem quẽ increpat di=
cens. Diſcede ⁊ euaneſce a pecude ⁊ innoxi=
um aial agitare deſiſte. Illo aũt ꝓtin⁹ diſce=
dente vacca ad pedes eius ꝓſternit̃. ⁊ ad ei⁹
imꝑium cũ oĩ mãſuetudine ad gregẽ ſuũ re=
uertit̃. Fuit etiã doctoꝛ egregius. qꝛ ſalutis
oſtẽdit viã verbo ⁊ facto. Vbo doctrine ⁊ ex
emplo bone vite. ꝓpter hãc mandatoꝝ obſ=
uantiã dilect⁹ fuit a pr̃e. ſic ⁊ nos ſi ab eo vo
lumus diligi mãdata eius neceſſe ẽ teneri. qꝛ
dicit dñs Joh. xiiij. Si q̃s diligit me ſermo
nem meũ ſeruabit ⁊ pr̃ meus diliget euꝫ ⁊c̃.
Filius eũ dilexit eo ꝙ eũ totũ angelis com=
mẽdauit dicẽs. Martinus adhuc cathecu=
min⁹ hac veſte me ↄtexit. ⁊ hec dilectio mar
tini erga xp̃m fuit ex paupeꝝ compaſſione q̃
bus veſtimẽta ſua tribuebat. vt habes in le=
genda. ⁊ non ſolũ eis veſtes tribuebat ſed ⁊
eos alebat iõ xp̃s eũ ñ tm̃ coꝛaꝫ ãgelis ſed co
ram tota curia celeſti honoꝛabat dicẽs illud
Mat. xxv. Eſuriui ⁊ dediſti mihi mãduca=
re. Si igit̃ vis o xp̃iane a xp̃o filio diligi mi=
ſericoꝛdiã erga paupes habe. qꝛ hoc ẽ neceſ
ſe ſicut dicit Leo papa in ſermone. Miſeri=
coꝛdie virtus tãta eſt vt ſine illa cet'e vtutes
ſi ſint ꝓdeſſe non pñt. Quis em̃ q̃s fidelis ſit
ſtatu etiã ſobꝛi⁹ ⁊ alijs maioꝛibus oꝛnat⁹ inſi
gnijs. ⁊ ſi miſericoꝛs non ẽ miſcdiam non me
retur. Spũſſanct⁹ etiã eũ dilexit eo ꝙ in ſpe=
cie ignis ſup caput ei⁹ appuit. ⁊ hec dilectio
fuit ꝓpter humilitatis retentionem. Refert
Seuerus ꝙ beatus Martinus fuit mlťe hu
militatis. nam lepꝛoſum quẽdam cũctis hoꝛ
ribilẽ obuiũ pariſius hñs ipſi⁹ gl'iatus ẽ atqꝫ
benedixit ſtatiqꝫ mũdatus ẽ. Etiã vno ſeruo
ↄtẽtus cui cã humilitatis ſepius calceos de=
trahebat ⁊ pedeſ abluebat in ſecretarioqꝫ re
ſidens nũqꝫ cathedra vſus ẽ. nã i eccl'ia ipm
nemo ſedere ↄſpexit. Sic ⁊ nos ſim⁹ hũiles.
vt ſpũſſanctus nr̃as inhabitet mẽtes. q̃a di
cit̃ Eſa. vlti. Sup quem requieſcet ſpũs me
us. niſi ſup humilem. ⁊ q̃etum ⁊ trementem
vba mea. Etiam dicit Caſſiodoꝛus ſup pſ̃.
In vallibus quidem humiliũ aiaruꝫ fontes
manant ⁊ trãſeunt flumina celeſtium gr̃arũ.
Et ſcias ꝙ non ſolum deitas ipm dilexit ſcꝫ
pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus. Sed etiam regi
na ⁊ pꝛicipiſſa celoꝝ vgo maria ꝙ ex hoc ap
paruit. qꝛ ipm ſepi⁹ viſitauit. Refert̃ in dia
logo Seueri ⁊ Galli dum Martinus in cel
la ſolus ſederet Seuerus ⁊ Gallus eius di=
ſcipuli ꝑ foꝛibus expectarent plures ſecum
audierũt inſimul loquẽtes. de quo cũ ipſum
poſtmodũ req̃ſiſſent ait. Dicã vobis. ſꝫ q̃ſo
nulli dicatis. Maria. Agnes. et Cecilia ad
me venerũt ⁊ non tm̃ illo die ſed ſepi⁹ ab eis
ſe confeſſuſ ẽ viſitari. Et q̃re hoc. certe ꝓpter
ſuã mũdiſſimã dignitatẽ q̃ pollebat ⁊ nũc pt
ſibi dicẽ maria. Doꝛmi mecũ. hoc ẽ req̃eſce ⁊
fruere delitijs meis ⁊ amoꝛe. qꝛ btiſſima re/
gina ſp diligit vgines tãqꝫ ſibi ſiľes. ſm illḋ
Ecc̃i. xiij. Oẽ aial diligit ſibi ſiľe. O hõ bõa
eſt dilectio marie. qꝛ quẽ ipa diligit nũqꝫ in
eternũ peribit. Si ergo ab ea viſ diligi ſerua
vginitatem. Angeli ipm dilexerũt q̃ ſue ſan
ctitati quotidie aſtiterũt ⁊ ei miniſtrauerũt.
ita vt de ipo exponi põt illud dictũ. Milia
miliũ miniſtrabãt ei ⁊ decies milies ⁊ cẽtena
milia aſſiſtebãt ei. qꝛ dꝛ Mat. xxiiij. Vbicũ=
qꝫ fuerit coꝛpus. ſ. xp̃i illic ⁊ ↄgregabunt̃ aq̃
le. i. angeli qui dicunt̃ aquile. qꝛ imediate re
cte deũ qui ẽ ſol iuſticie irreuerberatis ocul'
ↄtemplãt̃. ſm illud Mat. xviij. Angeli eoꝝ
ſp vidẽt faciẽ pr̃is mei ⁊c̃. Tota celeſtis cu=
ria ipm dilexit. qꝛ hodie in ſuũ conſoꝛtẽ acce
pit. ſm ꝙ ipe ait. Sinus abꝛae me recipiet.
hoc ad pꝛimũ. Quãtum ad ſecundum cõmẽ
mendat̃ beatus Martinur a ſimili adeptõe
qꝛ cũ ſanctis aiabus adoptionẽ ẽ adept⁹. et
tãgit̃. ſiľem fecit illũ i gl'a ſãctoꝝ. ¶ Circa

qđ notandū. Panthera ſm Iſi. lib. xij. Eſt
omniū aialiū amic⁹ excepto dracone quē val
de odit. hȝ eni cū oib⁹ aialibus ſilitudinē. qꝛ
cū nigris habȝ nigredinem. cū albis albedi-
nē. ⁊ cū flauis flauedinē. qꝛ ex maculaꝝ alba
rū nigraꝝ flaucaꝝ tota pellis varietate deco
raẗ. iđ oia aialia vt dicit Phiſologus audiē
tia vocē ei⁹ ad ipſū veniūt. Draco autē ſi ap
propinquauerit ⁊ ei⁹ vocē audierit territus
cito fugit. Myſtice ꝑ pantherā quo ad pro-
poſitū intellige beatū Martinū qui habuit
ſilitudineȝ cū oibus ſanctis. ita vt de ipo ex-
poni pōt illud Eccī. xliiij. Bn̄dictionē oium
gentiū dedit illi. Reuera cū angelis excellen
tem habuit dignitatē ⁊ puritatē. iđ pōt com-
parari vitro qđ vnū colorē cuiuſlibȝ liquoꝛl
oſtendit clare. Sic ipſe qđ totum habuit in-
tus in conſcientia oſtendit per claram cōfeſ-
ſionē. ita vt de ipſo pōt exponi illud Apoč.
xxj. Platee eius ſcȝ conſcientie aurū mūdū
⁊ vitrum perlucidum. Secūdo cum patriar
chis habuit iuſticiam ⁊ longanimitatē. Fuit
eni multe iuſticie. Nam cum impator Ma-
ximianus ipſū inuitaſſet ⁊ ei primo poculum
allatū fuiſſet ſperantibus cunctis vt p⁹ ſe re
gi tribueret. Martin⁹ preſbro ſuo dedit nul
lā exiſtimās dignitatē digniorē qui p⁹ ſe de-
beret libere ⁊ indignū ſe iudicās ante regem
aut regis ꝓximos preſbro pretulit. Tertio
cū prophetis habuit ſubtilitatē. Sicut enim
legitur in legēda beati Britij eius diaconi q̄
ei multa cōuitia inferebat. Nam cum quidā
pauper martinū quereret dixit Briti⁹. Naȝ
ſi illū delirū queris proſpice eminus ille eſt q̄
quaſi amās cetum proſpicit. cum ergo paup
a martino qđ petiſſet recepiſſet Britiū ad ſe
vocans ait. An ego delirus videoꝛ. Britius
qđ cū ille ꝓ verecūdia dixiſſe negaret ſibi di-
xit. Nonne aures mee erant ad os tuū quan
do hec loquebaris. Amen dico tibi oraui ob
hoc dn̄m vt tu mihi in ep̄atu ſuccedas. ſȝ ſci-
as te in ep̄atu multa paſſurum aduerſa. Naȝ
in. xxx. ep̄atus ſui anno cōcepit ⁊ crimē epi-
ſcopo impoſuit quapropter de dioceſi expul
ſus fuit. Similiter obitū ſuum longe ante ſci
uit ⁊ fratribus reuelauit. Quarto habuit cū
apoſtolis in orando aſſiduitatē. quia ſič Pe
tr⁹ ⁊ Johannes aſcenderunt in templum ad
horam orationis nouā. Acẗ. iij. Et Bartho-
lomeus centies in die ⁊ cēties ī nocte genua
flectens orauit. Ita vir ſanct⁹ Martin⁹ nū-
q̄ꝫ vllā horā vel momentū preterijt qua non
orationi aut lectioni icūberet inter legenduȝ
tm̄ ⁊ operandū ꝓ quodam laboris leuamine
nūq̄ꝫ animū ab oratione relaxabat. Et ponit
ſimile Seuerus exēplū dicens. Sicut fabris
ferrarijs moris ē vt inter opandū ꝓ quodaȝ
laboris iuuamine incudē vberāt. ita. b. mar-
tinus dū aliquid ageret ſemꝑ orabat. Quin
to cū martyribus habuit patiētiā ⁊ ſtabilita
tē. ſaltē eni in omnibus patientiā ſeruabat.
ꝙ cū eſſet ſūmus ſacerdos impune ſepe a cle
ricis ledebaẗ nec a ſua eos ꝓpter hoc chari-
tate repellebat. legiẗ in ſepedicto dialogo cū
Martinus quadam vice hiſpido nigro ⁊ pē
dulo pallio circūtectus ſua ſuper aſella ꝓce
deret equis ecōtra venientib⁹ expauefactis
militantes in terram ꝑcipitati ſe dederūt ſal
tui. propẗ qđ martinū arripientes grauiter
eū percuſſerunt. ille autē patiens vt mut⁹ ce-
dentibus prebebat terga illi autē magꝭ ferie
bant eo ꝙ quaſi nō ſentiens verbera cōtēne-
re videretur. Protinus autem animalia ī hu
mo fixa manebāt. vt quātūcūq̄ꝫ flagellata ve
lut ſaxa moueri nō poſſent quouſq̄ꝫ ad mar-
tinū redeuntes vt peccatū ſuum qđ ignoran
ter in eum fecerunt confiterentur ille eis licē
tiam dedit ⁊ gradu cōcito animalia ꝓceſſeꝛt
Sexto cum cōfeſſoribus habuit cōpaſſionis
pietatē. valde eni pius fuit ergo delinquen-
tes. qꝛ omnes volētes penitere cōpaſſionis
ſinu recepit. Cum eni ſemel diabolus marti-
nū rep̄henderet cur ſemel lapſos ad peniten
tiam reciperet. Et reſpondit. Si tu ipe o mi
rabilis ab omni infeſtatiōe deſiſteres ⁊ te tu-
orum factoꝝ peniteres ego tibi cōfiſus ī do-
mino ieſu chriſto miſericordiā pollicerer.
Septimo cū ſanctis virginibus habuit au-
ſteritatē. neceſſe ē eni v̄gines dominicas ha-
bere abſtinentias. ſič docet beatus Aug⁹. in
libro ad ſacras virgines. Dominica inq̄t vir
go ad extinguendum libidinis flammas ieiu
nijs ⁊ abſtinentijs deberet operaȝ dare ſi cu
pit laqueos diaboli inſidiātis euadere ⁊ ad
ꝓmiſſe virginitatis ꝓmia ꝑuenire. Sic beat⁹
martinus vt teneret virginitatē corpus ſuuȝ
ieiunijs ⁊ ceteris auſteritatibus afflixit. Re
fert Seuerus in ep̄la ad Euſebium cū marti
nus in quandam ſuam dioceſim veniſſet le-
ctumq̄ꝫ ſibi plurimo ſtramine clerici ꝓparaſ
ſent ille ibi req̄eſcēs inſuetā mollicię ꝑhorre
ſcit. ipe eni nudo humo vno tm̄ cilicio ſupia
cto cubare cōſueuerat. quare ꝑmot⁹ ſurgenſ
ſtramentū omne proiecit ⁊ ſe ſuꝑ nudum hu
mum collocauit. Circa mediam vero noctē
tota illa pallea igne accenditur ⁊ Martin⁹
excitatus duȝ exire temptaret ⁊ nequiret ab
igne capitur ⁊ eius iam veſtimenta vreren-
tur. Crucis igitur emittens ſignaculum in
medio ignis intactus permanſit. ⁊ flammas

ſenſit cedentes ꝗs prius expert⁹ fuit vrentes
monachi ꝗ excitati ꝯcurrūt ⁊ Martinū quē
iā cōſumptū putabāt de medio flāmaꝝ illeſū
deduxerūt. ⁊ qꝛ beat⁹ martin⁹ cū oībus ſan-
ctis ſimilitudinē habuit. idcirco oīs celeſtis
exercitus in ſuo deceſſu ad ipſū venit ⁊ glo-
ſe in celū vſqꝫ ꝑduxerūt. ibi eni fuerūt angeli
pr̄iarche ⁊ ꝓphe ſcḋm ꝙ canens teſtat̄ eccl̄ia.
O beatū virū in cui⁹ tranſitu ſanctoꝝ canit
numerus angeloꝝ. Exultet chor⁹ oīmqꝫ cele
ſtiū virtutū occurrit pſallentiū exercit⁹. ⁊ h̄
ꝓbat̄. Legit̄ eni ꝙ beatus Seuerinus Colo
nieñ. ep̄s cū dñica die ſacra loca p⁹ matutias
circūiret q̄ hora vir beatus Martin⁹ obijt
audiuit choꝝ canentiū in ſublimi vocātqꝫ ar
chidiaconū interrogauit eū ſi aliq̄d audiret.
⁊ cū ille diceret ꝙ nihil monuit eū ep̄s vt di-
ligent̄ auſcultaret. archidiaconus cepit col-
lū ſurſū extendere ⁊ aures erigere nec ⁊ tunc
audire potuit. Tūc proſtrati ambo in terraꝫ
dñm dep̄cabant̄ vt hec eū diuina pietas per
mitteret audire. erect⁹ aūt ſurſuꝫ interroga-
uit ep̄s. Quid audis? Voces inq̄t pſallentiū
tanqꝫ in celo audio. ſed q̄d ſit ꝓrſus ignoro.
Cui ille. Ego tibi q̄d ſit narrabo. Dñs meus
Martinus ep̄s migrauit ex h̄ mūdo ⁊ nunc
eū angeloꝝ exercitus ⁊ ſanctoꝝ canendo de-
ferunt in excelſis ⁊ q̄uis oēs angeli ⁊ electi
ad ei⁹ trāſitū venerūt tñ, dracones īfernales
ad ip̄m accedere nō potuerūt ⁊ in morte reti-
nere voluerūt. ſed cū nihil ſuū in eo inueniſ-
ſent ꝯfuſe receſſerūt. ſed electi ip̄m cum glīa
in celū deduxerūt vbi nūc cū angelis gaudet
exultat cū pr̄iarchis ibi iubilat cū apl̄is plau
det cū martyrib⁹ intonat cū ꝯfeſſorib⁹ decan
tatqꝫ cāticū nouū cū mundiſſimis virginib⁹
Ipſumqꝫ quidē debem⁹ honorare ⁊ venera
ri ⁊ diligere ꝓpter bñficioꝝ multiplicitatem
que ab ip̄o recepimus vniūſi. aliq̄ eni recipi
unt bñficia t̄palia. qꝛ ſepi⁹ pauperib⁹ adhuc
ſubuenit. Alij bñficia corporalia. qꝛ multos
infirmos ſanat. qꝛ legit̄ ꝙ p⁹ mortē ei⁹. xliiij.
anno cū ſanctus Perpetuus eccleſiam am-
pliaſſet ⁊ in ea corpus beati Martini tranſ-
ferre vellet fuerunt duo ſocij vn⁹ cec⁹. alt̄ cō
tractus. cecus cōtractū gerebat ⁊ contractuſ
ceco viā mōſtrabat. Sicqꝫ mendicantes ml̄-
tā pecuniā acquirebāt. audientes aūt ꝙ cor-
pus. b. martini ſanabat infirmos. Cū ī tranſ
latione corp⁹ extra eccl̄iam ꝓceſſionalit̄ de-
duceret̄ fugierūt ne forſitan curarent̄. nole
bant eni ſanitatē cōſequi ne deperirent mu-
nera queſt⁹ ſui. q̄propter ſe ad aliū vicū trāſ
ferebant ꝑ quē corp⁹ nequaq̄ duci putabāt
Cū eni fugerēt ex improuiſo ei⁹ corpori ob-
uiauerunt. ⁊ qꝛ deus multa bona p̄ſtat inui-
tis ambo contra eoꝝ voluntatē ꝯtinuo ſunt
curati licet de hoc plurimuꝫ triſtarent̄. Alij
recipiunt ab ip̄o officia ſp̄ūalia. qꝛ ml̄tos pec
catores ad ſe cōuertit. Alij aūt bñficia eterna
vt illi qui deuote ſibi ſeruiūt q̄bus impetrat
gaudia celoꝝ. ad que nos ꝑducat ieſus xp̄s
marie filius in ſecula benedictus.

¶ De ſancta Katherina Sermo primus

Regnum tuum
regnū omniuꝫ ſeculoꝝ. ita ſcribit̄
ps. cxliiij. Reges terre conſueue
runt habere fortia regna de quibus ſuos ꝓ-
pellunt inimicos. ⁊ quāuis fortia ſint ⁊ bene
munita interdū tñ per hoſtes debellantur et
lucrant̄. ⁊ ſi nō vi tunc cum cautela. ¶ Et
h̄ figuratū ē Dañ. v. de rege Balthaſar q̄ ha
buit regnū babylonie cui⁹ metropol̄ fuit ba-
bylon ciuitas. de qua dicit Hiero. ſup Eſa.
xiij. ꝙ ei⁹ muri ſedeci milia paſſuū erāt ab an
gulo in angulū. ibiqꝫ erat turris triū milium
paſſuū in altitudine. huius materia fuerunt
lateres cocti ex bitumine indiſſolubili qꝛ nec
igne nec aqua cōſumi vel diſſolui potuit. ⁊ lꝫ
tā fortit̄ fuiſſet munita eſt tñ per Titū ⁊ Da-
rium reges perſarū capta ⁊ deſtructa. qꝛ vſi
ſunt tali cautela. quia Titus miſit Euphra
tē fluuiū lōge a ciuitate ꝑ pl̄es riuos ⁊ alueū
qui fluebat per ciuitatē fecit vadabilem et ꝑ
ipſum ingreſſi ſunt hoſtes ſub muro nam ali
ter capi nō potuiſſet. Cū tanti erat muri am-
plitudo ꝙ ſup eum viginti quadrige ſimul
poſſent eē vt dicit magiſter Pe. i ſcho. hiſt.
Myſtice rex celoꝝ chriſtus ⁊ dominus vni
uerſe creature ⁊ t̄re habuit forte regnū btiſſi
mā virginē Katherinā in qua per grām ſuā
quottidie habitabat quēadmodū rex in ſuo
regno glorioſo de quo eccl̄ia magnam predi
cat gloriam. ſcḋm illud pſ. Gl̄iam regni tui di-
cent ⁊ potētiā tuā loquent̄. Ipſa figurata ē
per regnū babylonie. qꝛ babylon interpreta
tur cōfuſio. ip̄a autē cōfudit hodie maxenti-
um regem ⁊ diabolū qui nullo modo ipſam
expurgare potuerūt. ita vt de ip̄a pōt dici il
lud Judith. xiiij. Una mulier fec̄ ꝯfuſionē i
domo regl Nabuchodonoſor. Ip̄i eni nec ꝑ
vim martyrij nec ꝑ calliditatē blandimenti
ipſam cape valuerūt. iō predicta v̄ba d̄ ipſa
dicunt̄. In quib⁹ a duob⁹ cōmēdat̄. Primo
ab interna decoratōe. ibi regnū. Scḋo ab et̄
na violatōe. ibi regnum oīm ſeculoꝝ. Circa
q̄d notandū. tradunt terrarum deſcriptores

ꝙ terra inhabitabilis varia hꝫ regna q̃ ſunt
rebus nobiliſſimis pulcherrime decoꝛata.
Nã arabia ſm̃ Iſi. li. xv. oꝛnat̃ thure ⁊ mir-
rha ⁊ cinnamomo. Ibi naſcitur fenix vnica
mundi auis ⁊ varia gemmaꝝ mltitudo. afri
ca oꝛnat̃ auro ⁊ argẽto ⁊ fructibꝰ oliuis. In
dia fulcit̃ fructibꝰ vberrimis. qꝛ bis in anno
fruges nutrit atqꝫ gignit. ſꝫ i h̃ regno habet̃
auis pſitacus ⁊ lapides pꝛecioſi. tñ p̄ oibus
regnis ẽ magis illis decoꝛata Hibernia que
eſt regnũ anguſtũ in europa. Hoc inquã re-
gnũ eſt campis vberrimũ fontibꝰ ⁊ flumini-
bus irriguũ pꝛatis ⁊ ſiluis amenũ ⁊ gẽmife-
rũ. ibi gignit̃ lapis iris q̃ ſoli appoſitus foꝛ-
mat in acie celeſtẽ arcũ. ibi ſunt loca in q̃bus
cadauera moꝛtuoꝝ nunq̃ꝫ marceſcũt. ſꝫ per-
manent ſemꝑ incoꝛrupta. ibi eſt inſula par-
ua in qua homines non moꝛiunt̃. ſed nimio
ſenio affecti vt moꝛiant̃ extra inſulam defe-
runt̃. ibi nullus eſt ſerpẽs nec rana nec ara-
nea venenoſa. ſed tota terra adeo veneno eſt
cõtraria vt terra inde delata ⁊ diſperſa ſuper
ſerpentes eos perimat. Et ſi in hiberniã defe
rant̃ ſtatim moꝛiunt̃. ¶ Myſtice per ter
ram illã intelligit̃ illa terra bñdicta ⁊ amena
⁊ delitijs plena quã deſiderauit pſ̃. dicens.
Poꝛtio mea dñe ſit in terra viuentiũ. Hec i
quã terra glorioſa multa hꝫ virginea regna.
in quibus rex chꝛiſtus ⁊ ſponſus in illis tan
q̃ꝫ mundiſſimis habitare delectat̃. quia dic̃
Rich. de ſanc. vic. ab eterno valde familiari
exiſtit ⁊ amicus feliciſſime v̉ginitatis ipſe cã
doꝛ ⁊ puritatis ⁊ caſtitatis. Nã ꝑ regna hic
ſacras virgines intelligo quibꝰ rõ quaſi rex
⁊ anima quaſi regina ſuũ populũ ſcꝫ cogita-
tiones ⁊ operationes bñ rexerunt ⁊ quo ad
deũ direxerunt. Hec ſpecioſiſſima regna ſũt
pulcherrime decoꝛata auro deuote oꝛatiõis
thure humilitatis mirrha cõtinentie ⁊ caſti-
tatis cinamomo tẽperãtie ⁊ charitatis. qꝛ cin
namomũ ẽ ſiccũ ⁊ calidũ ſignificãs ſiccitatẽ
in carne ꝑ tẽperantiã ⁊ feruoꝛẽ charitatis in
anima. in eis fuit fenix vnica auis chꝛiſtus.
Ipſe fuerũt decoꝛate auro pietatis. Sed tñ
cũ oibus ſanctis virginibus decẽtiſſime oꝛ
nata ẽ beata Katherina virgo. ipſa quidem
ꝑ regnũ hiberniũ eſt deſignata. Recte enim
ſicut hibernia eſt ſpatio terraꝝ anguſtioꝛ ſꝫ
ſitu fecundioꝛ. Sic ipſa fuit anguſta ꝑ veraꝫ
humilitatẽ. iõ interpꝛetat̃ quaſi vniuerſalis
ruina. qꝛ oĩe edificiũ diaboli in ea ruit. Nã
ruit edificiũ ſupbie ꝑ humilitatẽ quã habu-
it. carnalis concupiſcentia per virginitatem
quã cõſeruauit. Cupiditas mundana i eo ꝙ
mundana deſpexit. ⁊ ſic vtiqꝫ fecunda fuit in
diuina gratia. qꝛ dicit Auic. in li. de q̃ttuoꝛ
diluuijs. in vallibus ⁊ ſolitudinibus que ꝓ-
fundis diluuijs accidũt vt frequent̃. ⁊ ponit
cõmentatoꝛ rõnem. qꝛ ob cõcauitatẽ ſui ⁊ po
roſitatẽ valles deſerte ſeu ſolitudines de nu
bibus violenter ad ſe ꝑtrahunt ipſas aquas
Sic in vallibus humilitatis in quibꝰ fuit be
ata Katherina inundatio contigit celeſtis gr̃e
⁊ diuine. Teſte Auguſtino q̃ ait. Sic aqua
affluit ante valles ſic gratia ſpũſſancti ad hu
miles que fecundat eoꝝ mentes. In hoc no-
biliſſimo regno beata Katherina ẽ campus
vberrimus. ſ. coꝛ mundiſſimũ in quo creue-
runt omnia genera frumentoꝝ. ꝓduxit nan-
qꝫ triticum pure fidei ⁊ crudelitatis ⁊ nõ lo-
lium infidelitatis. quia canitur de ea. ſpecie
coꝛpoꝛis decoꝛa nimis emicuit ſed fide ſup-
no ſpõſo placuit. Attulit hoꝛdeũ ſpei ⁊ auſte
ritatis. qꝛ per ſpem quã a deo habuit valde
auſtera in coꝛpoꝛis maceratione fuit vt dice
re poſſit illud. j. ad Coꝝ. ix. Caſtigo coꝛpꝰ me
um ⁊ in ſeruitutẽ redigo. pꝛotulit etiã ſiligi-
nẽ ꝑfecte charitatis. iõ pꝛopt̃ has v̉tutes ca
nit̃ de ipſa. O mat̃ noſtra ter ſãcta quaterqꝫ
beata. Ter ſancta. ſ. pꝛopt̃ fidẽ ſpẽ ⁊ charita
tẽ. quaterqꝫ btã. ꝓpter quattuoꝛ v̉tutes car-
dinales. ad hunc campũ bñdictũ nos ſedule
ꝯfugere opoꝛtet. qꝛ dicit Pli. in ſpec̃. natu.
Tẽpoꝛe peſtilentie chariſtie hominũ multe
aues regales. puta vultures ꝯueniunt intra
campum. cuius rõ ẽ Intra platearium aues
naturales quodã inſtinctu in regionibus q̃s
peſtilenticas ⁊ coꝛruptas ſentiũt cadauera
mox inquirunt. ⁊ hoc ſm̃ Are. in apparitõe
comete maxime ſolet euenire. Ita nos in tꝑe
tribulationis refugiũ habeamꝰ ad beatã vir
ginẽ Katherinã que in omnibus neceſſitati-
bus nr̃is celica adiutrix ẽ. Refert venerabi-
lis ep̃s apiarius ꝙ quedam in holandrie ꝑti
bus reliquie. b. Katherine in quodã hoſpi-
tali celebꝛes habent̃ quas nuncij hoſpitalis
ad diuerſas mundi ꝑtes ⁊ eccl̃ias ꝯferebant
accidit autem quodam tꝑe ab incarnatione
domini. M. cc. v. vt iſti nuncij in via eſſent
⁊ fluxum maris obuiũ venire viderũt ⁊ a flu
xu effugere nõ poterãt tũc vnꝰ ꝯfidẽtia plenꝰ
cũ capſa vbi reliq̃e erãt fec̃ circulũ i arena ⁊
flexis genibꝰ ⁊ lachꝛymis intra celũ adiuto-
riũ vocauit ſcẽ Katherine mira res veniens
fluxꝰ circulũ circũit eleuauit ſe mare vt ſpu-
mas itonuit ad cubitos aſcẽdẽdo. xl. i circulũ
ãt fcm̃ gutta aq̃ nõ intrauit. viri aũt nouẽ q̃ i
teriꝰ erãt expectauerũt q̃uſqꝫ mare recurre-
ret ad ſuũ curſũ ⁊ tũc exeũtes ꝑ totã t̃rã iau-
ditũ miraculũ diuulgauerũt. i iſto regno ſũt

ſontes irrigui grāꝝ. ℭ Refert Pli.i ſpeč.
natura. Quanto aliquis fons magı̄ exhauri
tur tanto magis dulcior fieri approbať. Cu=
ius ratio eſt ſm Conſtan. quia quanto aqua
recēti⁹ ex terre viſcerib⁹ meatus erūpit tāto
magı̄ dulceſcit. Cū aūt fons hauſtus ſedule
fuerit aq̄ recēs ⁊ imputrefacta ſuccedit. Jta
in ꝓpoſito quāto magı̄ gratia Katherine ex
ſuo puriſſimo corde euacuata exhauſtaq̄ꝫ fu
erit tāto cuilibꝫ ſuauior appebit. ita vt dice=
re poſſit illō Cañ. vj. Pulcra es amica mea
ſuauis ⁊ decora. Ad hūc fontē ſue grē ſedule
cōfluere debem⁹ vt noſmetipſos renouemus
⁊ ſanemus. Recte ſic facit aquila. ſicut dicit
Auguſtin⁹ ſup pš. ⁊ Pli. in ſpe. natu. ꝙ i ſe=
nectute patitur caliginē in oculis ⁊ grauedi=
nem in pennis. ita a natura inſtruiť vt fonteꝫ
aque ſcaturientis querat quo cito aſcendit i
aera quantū pōt donec ex calore aeris vola=
tus ſtomach⁹ incaleſcit. ⁊ ſic ex calore poris
apertis ruit in fontē ⁊ reſumit vires. Sic q̄s
ē inter nos cui⁹ oculi mētales nō caligauerit
ex peccato? certe nullus. ſed pōt dici de q̄libꝫ
illud Geñ. xxvij. Senuit Jſaac ⁊ caligauerť
oculi eius. Jſaac interpťať riſus. ⁊ ſignificat
peccatorē qui dign⁹ ē deriſione. ſm illō Pro
uerb. j. Ego quoq̄ꝫ in interitu vr̄o ridebo. ſꝫ
quilibet noſtꝝ dicere pōt cū pš. Jniquitateſ
mee ſupgreſſe ſunt caput meū. Et q̄ꝛ eſt fons
fugiamus per deſiderium ad beatiſſimā vir=
ginem Katherinam apud quā eſt fons vite.
⁊ in illo imergamur ⁊ ſic renouamur. vt qui=
libet noſtrū dicat illud pš. Renouabitur vt
aquile iuuētus tua. Per aquā hui⁹ ſanctiſſi=
mi fontis loti ſūt q̄nquaginta doctiſſimi ora
tores purphyrius cū ſuis militibus ⁊ regina
iō caniť nūc de ipſis ſanctoꝝ velut aq̄le iuuē=
tus renouať ⁊ florent vt lilia in ꝯſpectu dñi.
Jn hac ameniſſima puella velut fructuoſo
regno cōpantur delitioſa ⁊ amena q̄ ornant
roſe benignitatis ⁊ viole humilitatis ad hec
prata tranſeam⁹. q̄ꝛ diciť Prou̇. xxvij. Aper
ta ſunt prata ⁊ apparent herbe virētes. Sed
quid ibi agemus? certe colligemus roſas be=
nignitatis ⁊ māſuetudinis. q̄ꝛ ſm pš. Man
ſueti autē hereditabūt terrā ⁊ delectabūtur
in multitudine pacis. Colligamus lilia puri
tatis. vbi eni puritas vt ait plato in fedrone
ibi ⁊ ipſa vere diuinitas atq̄ꝫ ea que diuinita=
tis fuerit adeſſe ꝓbanť. Colligamus rutam
caſtitatis. quia ſm Dio. de cele. hierar. i per
fecta mentis ⁊ corporis caſtitate nunq̄ꝫ aliq̄s
placuit oculis diuinitatı̄ excelſe. Colligam⁹
igitur violas humilitatis. quia vt ait Rich.
de ſancto victore. Humilitas hominem deo
recōciliauit. orationem in celuꝫ leuat. hoſtes
pacificat. homines in pn̄ti vita ⁊ i futura eri
git ⁊ exaltat. Jn ipſa beata Katherina fuit ſil
ua vberrima virtutū arborib⁹ plena. ibi ē ce
drus cōtēplatiue vite oliua miſericordie pal
me victorie cypreſſus bone fame. Ad hāc ſil
uam pergamus ibiq̄ꝫ ramos virtutū franga
mus. Frangam⁹ igiť ramos cedri cōtempla
tionis. q̄ꝛ dicit Plat⁹ in gurgu. Dulcem qui
dem gerunt memoriā gaudioꝝ qui ꝯtēplanť
gaudia beatorum Frangamus ramos oliue
miſerationis que neceſſaria valde ē ad ſalu=
tem. Q̄ꝛ vt ait Damaſ. ꝯtra errores grecorū
libro. viij. Jndignus ē miſericordia ⁊ clemē/
tia diuina qui nō anxiať. Frangam⁹ etiā ra=
mos palme victorie. q̄ꝛ ſic beata katherina
vicit hoſtes ſuos mundū carnē ⁊ diabolum.
ita ⁊ nos faciam⁹. Q̄ꝛ dꝛ Apoč. ij. Qui vice=
rit nō lediť morte ſcđa. ⁊ ibidem. iij. Qui vi=
cerit dabo ei ſedere mecuꝫ. ſedere in throno
meo. Frangam⁹ deniq̄ꝫ ramos cipreſſi bone
fame. q̄ꝛ melius ē nomen bonū. i. fama bona
q̄ꝫ diuitie multe. Prou̇. xxij. Jllud regale re
gnum beata Katherina multas in ſe gēmas
virtuoſas produxit ita vt de ipſa caniť. Vir
